

~~L. v. gr.~~

1) Ludwig, Fr. Petrus

nebst 10)

ing



Q. B. P
ORATIO HISTORICA
DE

2

LEGIBVS AC CON-
STITVTIONIBVS BRANDENBURGICIS IISDEMQUE IN SVPERIORI BVRGGRAFIATV NORICO PROMVLGATIS ET PER TYPOS VVLGATIS

INDVLTV AVQ AVSPICIO
SERENISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI
DOMINI *Le 82*

GEORGII GVILIELMI

MARGGRAFII BRANDENBURGICI BORVSS
MAGDEBURG. STETINENS. POMERAN. CASSVB. VANDAL. MEGAPOLIT. VT ET IN SILESIA CROSS. DVCIS BVRGGRAFII NORIMBERGENSIVM RELIQUA

PATRIS PATRIAE OPTVMI DOMINI AC NVTRITORIS
NOSTRI MVLTQ CLEMENTISSIMI

IN

ILLVSTRI COLLEGIO CHRISTIAN-ERNESTINO

A. R. G. MDCCLXX. DIE XXVII. IVLII

TANQVAM IPSO DICTI COLLEGII NATALI LVII

CORAM PATRIBVS REIP. CONSCRIPTIS SOLEMNIQUE
PANEGYRI NOMINE PVBLICO DICTA

A

M. IO. GEORG. DIETERICO

ILLVSTR. CONSIST. ASSESS. CONCIONATORE

AVLICO PHILOSOPH. ET GRAEC. LITTER. PROF. P

NEC NON SERENISSIMI BIBLIOTHECARIO

Baruthi, PRELO IO. LOBERI, AVLAE, CANCELLARIAE ET ILLVSTRIS
COLLEGII CHRISTIAN-ERNESTINI TYPOGRAPHI.




SERENISSIMO
PRINCIPI AC DOMINO
DOMINO
GEORGIO GVILIELMO
MARGGRAFIO BRANDENBVRGI-
CO BORVSSOR. MAGDEBVRG. STETINENS
POMERAN. CASSVB. VANDALOR. MEGAPOLIT. VT ET IN
SILESIA CROSSENS. DVCI BVRGGRAFIO NORIMBERG. PRINCI-
PI HALBERSTAD. MINDENS. CAMINENS. VANDAL. SVERINENS
ET RAZEVRG. COMITI HOHENZOLLERAN. ET SVERIN
DITIONVM ROSTOCHIENS. ET STARGARD
DOMINO

SACRAE CAESAR. MAIESTATIS ITEMQ REGIS
POLONIARVM, NEC NON S. R. I. ET CIRCVLI FRAN-
CON. GENERALI CAMPI MARESCHALLO SVMMO EQVITATVS
PRAEFECTO ET TRIVM LEGIONVM EQVESTR. ET PE-
DESTR. DVCI RELIQA

PATRI PATRIAE OPTVMO PRINCI-
PI AC DOMINO MEO LONGE CLEMEN-
TISSIMO

SACRV M



SERENISSIME PRINCEPS
AC DOMINE
DOMINE LONGE CLEMEN-
TISSIME



ccipe propitio, Patriae Pater o-
ptume, uultu,
Quod de gente Tua scribere
tento pie.

Leges percurro sanctas, quas ri-
te dederunt,
Ac promulgarunt Tu, proauique Tui.

Legi-

DEDICATIO.

5

Legibus inhaerens floret respublica quaeuis,
Legibus & cultus permanet ipse DEI.

Legibus immotum stat numen iuris & aequi,
Legibus & regni frangitur impietas.

Id quod Brennigenae perspectum semper
habebant,

Atque dabant leges ciuibus eximias.

Quas equidem leges latas, formisque recu-
sas,

Pertenui coepi dinumerare stilo.

Adiiciam reliquas diuini Numinis aura,

Et per TE, Princeps Maxume, si liceat.

Leges interea praesenteis, Optume Princeps,
Me sacrare TIBI grata iubet pietas.

TV sanctus Themidos cultor, legumque bo-
narum

Auctor es, & nostrae delictum patriae.

Viue diu nobis per longos Nestoris annos,

Effloresce bonis corporis atque animi.

Saepe recurrentis natalis publica festa

In Domino semper laetus ouansque vide!

Viue



Viue pia SOPHIA cum coniuge, uiue uide-
que

Natum, qui sit spes atque columna do-
mus.

Conde nouas leges plureis, latasque tuere,
Instaura ueteres: VIVE, VALEQVE,
faue

SERENITATIS TVAE

Baruthi Francorum, ipso Natali.
TVO XLIV. longe auspaticissimo
XVI. Kal. Decembr. ∞ lccc XXI.

*Culteri & admiratori
deuotissimo.*

M. IO. GEORG. DIETERICO



ORATIO HISTORICA

DE

LEGIBVS AC CONSTITVTIONIBVS BRANDENBVRGICIS IISDEMQ IN SVPERIO- RI BVRGGRAFIATV NORICO PROMVLGATIS ET PER TYPOS VVLGATIS.



Vm multa alia, **AVDITORES**,
tum inprimis salutare leges ac consti-
tutiones, ad rempublicam quandam,
bene administrandam & in flore con-
seruandam, perutiles esse ac necessari-
as: nemo facile inficiabitur, qui mentis suae est
compos, & honestatis bonique ordinis amore du-
citur, & quid sit bene beateque uiuere, perspe-
ctum habet atque exploratum. Ecquid enim bona
lex aliud est, nisi recta & a Numine Diuino tracta
ratio, quae honesta imperat, & contraria prohi-
bet. Hoc uinculum est dignitatis, qua fruimur in
republica: hoc fundamentum est libertatis, hic
fons aequitatis. (a) De prisca quidem Scytharum
gente Justinus, notus ille Trogi Pompeii Epitoma-
tor,

(a) *Cicero pro Cluent.*

tor, commemorat, ipsos, cum uel sine legibus iuris uirtutumque studium sectarentur, rempublicam quam florentissimam habuisse. Verba eius, quae adducantur, oppido sunt digna. Justitia, inquit, „gentis ingeniis culta, non legibus. Nullum scelus „apud eos furto grauius, quippe sine tecti muni- „mento pecora & armenta habentibus, quid sal- „uum esset, si furari liceret? Aurum & Argentum „non perinde ac reliqui mortales appetunt. Lacte „& melle uestuntur. Lanae iis usus ac uestium „ignotus, & quamquam continuis frigoribus uran- „tur: pellibus tamen ferinis aut murinis utuntur. „Haec continentia illis morum quoque iustitiam „edidit, nihil alienum concupiscentibus. Quippe „ibidem diuitiarum cupido est, ubi & usus. Atque „utinam reliquis mortalibus similis moderatio & „abstinentia alieni foret: profecto non tantum bel- „lorum per omnia saecula terris omnibus conti- „nuaretur, neque plus hominum ferrum & arma, „quam naturalis fatorum conditio raperet. (b) Egregia haec est laus, quam Historicus laudatus anti- quae Scytharum genti tribuit. Neque minori laude digni sunt iudicandi ueteres nostri Germani, apud quos, teste Tacito, plus boni mores ualue- runt, quam alibi bonae leges. (c) At enim uero in- de nondum satis ad liquidum est perductum, Scy-
thas

(b) *Justinus L. II. Cap. II.*

(c) *Tacitus L. de moribus Germanorum. Conf. Sagittarius in otio Ienensi de legibus non scriptis, p. m. 371. sqq.*

thas pariter ac Germanos priscos sine omni omnino lege uixisse. Etenim licet uel maxime largiamur, hosce populos legibus, quas uocant, scriptis caruisse: minime tamen destituti erant legibus non scriptis, quas uersibus traditas nostri praesertim Germani ueteres pro concione canebant, & sic menti, non tabulis, inscriptas patrio sermone propagabant. Inprimis gaudebant, tanquam ^{θεοδιδασκαλος} (d) lege illa diuina, seu naturali, quam ueluti ducem in omnibus uitae suae negotiis sequebantur. Idem ipse sentit Iustinus, haec extemplo uerba instar epicriseos adiiciens: "prorsus ut admirabile uideatur, hoc illis naturam dare, quod Graeci longa sapientium doctrina, praecceptisque philosophorum consequi nequeunt, cultosque mores incultae barbariae collatione superari. Tanto plus in illis proficit uitiorum ignoratio, quam in his cognitio uirtutis. (e) Quod si uero aliquando nonnullae gentes uel bonis moribus atque institutis, uel solius legis naturalis ductu, floruerunt: multo magis floreunt illae, quae praeter bonas consuetudines, itemque leges naturales, etiam posituiis & scriptis inhaerent, iisdemque in omni uita nihil prius antiquiusue habent. Id quod probe edoctus Socrates, omnium Graecorum sui aevi sapientissimus, qui interrogatus, quae ciuitas optime administraretur? ea, inquebat, quae ex lege uiuit, & in-

B

iustos

(d) Sic Paulo, gentium illi Doctores, omnes promiscue homines uocantur, 1. Thess. IV. 9.

(e) vid. Iustinus loco citato.

iustos punit. Imo leges in republica bene constituta non tantum perutiles, sed etiam plane necessariae videntur esse. Vt enim, Tullio iudice, corpora nostra sine mente: sic ciuitas sine lege, suis partibus & nervis ac sanguine & membris uti non potest. (f) Quibus ita constitutis, saniores quaeque gentes variis iisdemque salutaribus legibus suam instruere rempublicam nullo non tempore consueuerunt. Pro instituti ratione & solemni hac die, qua natalis ultra quinquagesimum septimus illustris huius collegii CHRISTIAN-ERNESTINI, in memoriam beatissimi sui Conditoris, Serenissimi quondam Principis ac Domini, Domini CHRISTIANI-ERNESTI, Marggraffi Brandenburgici, Patris patriae, dum uideret, optimi atque indulgentissimi, festo celebrandus est ritu, de nulla alia gente, nisi BRANDENBURGICA, idque ex publica sanctione modo laudati Principis, (g) in praesenti dicam. Cum enim Marggraffi Brandenburgici ad unum omnes Principes essent iuris aequiue obseruantissimi: iidem quoque suae reipublicae de bonis quibusque legibus ac constitutionibus nunquam non prospexerunt. Nolo tamen ob amplissimam materiae copiam omnes ac singulas eiusmodi leges ac Constitutiones, quas Serenissimi Marggraffi Brandenburgici,

(f) *Orat. pro Cluent.*

(g) *ui litterarum Principis, quae ad illustre consistorium dabantur*
Baruthi d. 10. Martii 1677.

gici, tum in Marchia, tum in Franconia orientali
dederunt, oratione praesenti complecti: Potiori iure
de iis tantum legibus ac Constitutionibus, quae in
superiori Burggrafiato Norico auctoritate iussuque
Principum ac patriae nostrae Patrum, promulgatae
& typis excusae prostant, quantum quidem per
temporis licebit angustiam, nonnihil sum commen-
taturus. Atque cum hoc ipsum dicendi sit argu-
mentum, quod B. C. D. pertractandum, & festo
hoc die proponendum mihi sumsi: a VOBIS,
Patres Reipublicae conscripti, ceterique
Auditores omnium ordinum ac dignita-
tum longe spectatissimi, quanta fieri potest ac
debet, pietate, obseruantia atque humanitate sum-
mopere peto, contendoque, ut me de materia, ad
Patriae dulcissimae historiam spectante, per exiguum
temporis spatium dicturum gratiose pariter ac per-
beneuole audire ne dedignemini. Equidem sub ipso
orationis uestibulo lubens meritoque fateor, me
huic argumento, rite perstringendo, tantum non im-
parem esse, propterea quod partim sufficientibus
ad id negotii documentis destitutum me sentio, par-
tim ob catenatos, qui mihi incumbunt, labores, tan-
tum omnino temporis non suppetiit, quantum ad
materiam hanc altius repetendam, & per singulas
inuestigandam aetates requiri uidebatur. Quoquo

autem modo res ea cadat, nulla me difficultas retar-
dabit, si eo saltem anniti liceat, ut si non quam pro-
xime ad hanc materiam, oratione exaequan-
dam, accedere ausim, non tamen remotissime ab
eiusdem dignitate recedam. Nimirum dicam, non
quantum debeo, sed quantum possum. Spero quo-
que futurum, ut **VOS Patres Reipublicae**
conscripti, ceterique Auditores, meum co-
natum non tam improbetis, quam pro uestra, ad
quam nati estis, humanitate in bonam partem ac-
cipiatis, & me ad dicendum non satis instructum,
aequo uestro iudicio subleuetis.

De Legibus ac constitutionibus, quas
Serenissimi Marggrafi Brandenburgici in
superiori Burggrafiato Norico promulgatas
typis publicari iusserunt, oraturus, praeter reliqua
hic praemonendum esse duco, huiusmodi legum ac
constitutionum eam esse rationem, ut aliae res sa-
cras seu Ecclesiasticas; aliae civiles, & quae
huc referri commodè possunt, propius attingant. Ab
Ecclesiasticis merito ordior, seu ab iis, quae ad re-
ligionem tam regendam, quam asserendam exten-
duntur. Etenim cum religio omnis societatis sit
vinculum fulcrumque legum rectè sancientiarum:
Serenissimi nostri Marggrafi Brandenbur-
gici

gici, tanquam Principes, pietatis & uerae religionis studiosissimi, ante omnia de sacris, iisdemque Ecclesiae salutaribus ac conuenientibus institutis cogitarunt. Ac primo quidem loco recenseo ordinationem illam sacram, quam paulo post exoptatissimam B. Lutheri reformationem Serenissimi Marggraffi Brandenburgici, CASIMIRVS & GEORGIVS, fratres Germani, dederunt, in eademque omnibus Ecclesiae Antistitibus & Pastoribus suarum regionum etiam atque etiam inculcarunt, ut missis fabulis ac traditionibus humanis uerbum DEI pure docerent, & sacramenta secundum CHRISTI institutionem rite administrarent. (h) Quae quidem ordinatio sacra, cum a multis superstitiosis negligetur, tribus uicibus est promulgata, & per typos uulgata, quam postea paucis interiectis annis excepit ordinatio illa Ecclesiastica, (Kirchen-Ordnung) quam pius & constans fidei Euangelicae Confessor, Diuus

B 3

GE-

(h) vid. Dn. a Lilien concionem inauguralem aedis aulicae, in qua Sereniss. Marggraffiorum Brandenburg. Zelum pro fide Evangelica laudauit, p. 18. Renischii Ceder-Hein p. 627. 199. Sacrae eiusmodi Constitutionis seu potius recessus exemplum uidi, Onoldi impressum, 1526: huius rubri: Abschied und Mannung / wes sich der Durchleuchtig Hochgebohrn Fürst und Herr / Herr Casimir / Marggrafe zu Brandenburg 2c. von sein und seiner Fürstl. Gnaden mitregierenden Bruders / Marggrafen Sorgen zusamt ihrer F. G. Landschaft auf negstgehaltem Landtag zu Onoldsbach auf ein zukünfftig Concilium, Nacional-Versammlung / oder seiner Fürstl Gnaden weyttern Bescheyd / des Abschieds halber / jüngstgehaltens Reichs-Tags zu Speyer / inn irer Fürstl. Gnaden Land und Fürstenthum zuhalten vereynigt haben.

GEORGIVS, immortalis memoriae Princeps, accedente simul ciuitate Norimbergensi, conscribi, & conscriptam postea prelo excudi iussit. In qua quidem ordinatione salutariter praescriptum est, quid in Ecclesia nostra abiuratis Pontificiorum superstitionibus & traditionibus (i) in posterum & docendum & credendum, & qui qualesue ritus sacri in sacramentis administrandis sint adhibendi. Ipsa publicatio accidebat tertio post confessionem fidei nostrae, in Comitibus Augustanis traditam, anno nimirum 1533. Deinceps Curiae Variscorum a Typographo istius aevi, **Matthaeo Pfeilschmidio**, Anno Domini 1591. itemque Norimbergae ab heredibus **Gerlachianis** Anno 1592. haec ipsa ordinatio Ecclesiastica denuo est excusa. Circa finem Anni 1676. per litteras e sacro Synedrio auctoritate **Serenissimi Marggraffi, CHRISTIANI-ERNESTI** datas, nostris Ecclesiis spes fiebat de ordinatione Ecclesiastica breui recudenda & augenda. (k) Cui tamen spei neque tum, neque postea euen-

(i) *Eiusmodi superstitiones & traditiones Pontificiorum in catalogo quodam exhibentur ap. Hortlederum de causis belli Germanici L. I. c. 47. p. 688. sqq.*

(k) *Id primum perspexi ex aduersariis MSCtis beati aui mei, Dn. Wilhelmi Dieterici, Pastoris Conradsruthi prope Curiam per annos 16. Fidelissimi, qui litteras sacri synedrii Baruthini bona fide descriptas reliquit, in quibus & singula aeraria Ecclesiastica unum imperialem ad nouum promissae ordinationis opus contribuere iuebantur. Ipsa*

eventus respondit, licet annis uiginti post nimirum 1696. noua in Senatu sacro de recudenda hac ordinatione consilia essent agitata. Inter omnes quoque facile constat, **Viti Dieterici**, Sacerdotis apud Noricos optime meriti, codicem Liturgiarum, seu sic dicta **Agenda Ecclesiastica** in hisce regionibus esse recepta, ut regula essent ac norma in actibus quibusque Parochialibus, debito caerimoniarum ritu administrandis. Quae quidem agenda Ecclesiastica procedente tempore uariis uicibus prelum subierunt, anno quoque elapso 1717. qui Ecclesiae Euangelicae Iubilaeus erat Magnus, sub auspiciis **Serenissimi nostri Principis ac Domini, Domini GEORGII GVILIELMI, M. B.** in hac metropoli rursus edita, & typis Io. Loberi, Aulae & curiae supremae itemq; Collegii **CHRISTIAN-ERNESTINI** Typographi, expressa, cum hac inscriptione: **Kirchen-Agenda für die Pfarr-Herren in denen Städten und auf dem Lande/ weiland von Herrn Vito Dieterich/ Predigern zu Nürnberg zusammen getragen/ und nun wegen Abgang der Exemplarien von neuem wieder aufgeleget/ auch am Ende mit dem Lebens- Lauf des seel. Auctoris vermehret. (1) Diui GEORGII** filius quoque contributio facta est, ut patet ex rationibus aerariorum Ecclesiasticorum.

(1) Curriculum vitae B. Viti Dieterici concinnauit S. T. Dn. Georgius Albertus Stübnerus, Sereniss. nostri Principis a Confessionibus &

filius, GEORGIVS FRIDERICVS, ut regionum
 sic & paternarum uirtutum ex asse heres, multa
 sanxit, quae ad salutem & incrementum Ecclesiae
 & scholarum mire faciebant. Idem ipse est Prin-
 ceptus optimus, nec unquam satis laudandus, qui libro
 Concordiae subscripsit & Consistoria seu Senatus Sa-
 cros, in quibus res Religionis & Ministerii Ecclesiastici
 seorsim tractarentur, & controuersiae matrimonii
 dirimerentur, tum Culmbaci & Onoldi in Fran-
 conia, tum Iaegendorffii in Silesia instituit. In-
 primis ipsius iussu & auctoritate prodiit ordina-
 tio, circa res matrimoniales tenenda. Quam
 quidem ordinationem, admodum raram, ego pos-
 sideo, cuius inscriptio seu rubrica Germanica haec
 est: Warnungs-Artickel / von Ehe-Stiftungen oder
 Ehe Verlöbduessen / item / Artickel von strittigen Ehe-
 Sachen / wie es damit in Pfarren und Aemtern ge-
 halten werden soll in des Durchleuchtigen und Hoch-
 gebohrnen Fürsten und Herrn / Herrn Georg Friedri-
 chen / Marggrafens zu Brandenburg / auch in Schle-
 sien zu Jägerndorff 2c. Herzogen / Fürstenthum und
 Lande des Burggrasthums zu Nürnberg / und Her-
 zogthum Jägerndorff in Schlesien. Quam pius,
 quam boni ordinis tenax, & quam acris uitiorum
 & cuiuscunque confusionis hostis ac uindex, hic ipse
 Prin-

*Concionibus Aulicis supremis, Illustris Consistorii Assessor, & Ecclesiae me-
 tropolitanae & uicinarum Antistes.*

Princeps, GEORGIUS FRIDERICVS, fuerit, inter alia ex litteris, modo dictae ordinationi matrimoniali praemissis, satis abunde patet, ex quibus haec uerba, auro cedroque digna, excerpamus licet: Obwohl der heilige Ehestand / als der von Gott selbst eingesetzt und geordnet ist/ bester Ordnung / und unzerrütt/ im menschlichen Geschlecht erhalten werden soll: So giebt doch die tägliche Erfahrung gnugsam zuerkennen / daß von vielen unsren Unterthanen grosse Leichtfertigkeit/ nicht ohne Verlegung ihres Gewissens gebraucht / und offtermahls ganz ohnbädächtlich hierinnen gehandelt wird / also / daß uns von wegen unsres tragenden Fürstl. Amts / ein ernstlich Einsehen zuhaben / in alle Wege gebühren / und vonnöthen seyn will. Damit nun hinführo solchem Ubel desto mehr begegnet / und Gottes gerechter Zorn abgewendet / dagegen aber Gottes Lob und Preis / Zucht / Erbarkeit und ingemein aller Christen Wohlfart gefördert werde / haben wir nachfolgende Artikel/ eheliche Verlöbniß / und den heiligen Ehestand betreffend / in Schrifften verfassen lassen. Und wollen hiemit euch ernstlich befohlen haben / (litterae hae perscriptae erant ad Antistites Ecclesiae siue Superintendentes & Decanos) daß ihr dieselbigen/ männiglich zur Erinnerung und Warnung / jezo förderlich / und dann auch hinführo des Jahrs zweymahl/ nemlich auf den ersten Sonntag nach Ostern/ und auf den nächsten Sonntag nach Michaelis von
C allen



allen Sankeln verlesen lassen wollet. Imo hi ipsi Articuli postea quater in anno publice sunt praelecti, ut perspexi ex litteris, quas ex mandato saepius laudati Principis, **Iohannes Streitbergerus**, SS. Theologiae Doctor, & primus in superiori Burggrafiato Norico Superintendens Generalis, & Consistorii Culmbacensis Praeses, ad Superintendentes Speciales 1586. dedit, in quibus Pastores iubentur, non tantum Articulos una cum appendice ad eosdem, Ecclesiae statim temporibus diligenter praelegere, sed sub finem etiam seueram addere commonefactionem, ut articuli praelecti ab omnibus ac singulis, qui matrimonium inire cupiunt, sancte obseruentur, & nulla prorsus coniugia in gradibus prohibitis contrahantur. Eiusmodi uero Articuli matrimoniales dati sunt Onoldi Francorum d. 10. Iunii A. R. G. 1573. Quo & anno Curiae Varisorum typis eosdem expressit **Matthæus Pfeilschmidius**, qui calci huius ordinationis matrimonialis hanc adiecit coronidem notatu dignam:

*Nobile uincendi genus est, patientia uincit,
Qui patitur, si uis uincere, disce pati.*

**Wer mit Gedult und Glimpff aushält/
Der siegt endlich ab aller Welt.
Still seyn / Verhöörn behält den Platz /
Glimpff und Gedult ein edler Schatz.**

Sub

Sub auspiciis quoque Diui GEORGII FRIDERICI eodem, quem modi dixi, anno ex chalcographia pariter Matthæi Pfeilschmidii in communem ecclesiae usum prodierunt preces, quas uidi, quarumue hoc est rubrum: formula eines gemeinen Gebeths zu Gott / von der Kanzel an Feiertagen / und sonst nach Gelegenheit nach vollendeter Predigt / mit dem Volck zuthun. Gedruckt zum Hof / durch Matth. Pfeilschmidt 1573. A GEORGIO FRIDERICO progredior ad CHRISTIANVM, Principem, pietate, iustitia, fortitudine & incomparabili prudentia praeditum. Idem Princeps, Patruo suo, GEORGIO FRIDERICO, succedens, parem cum ipso curam ac Zelum pro salute Euangelicae, eiusque purioris, doctrinae habuit. Ecquem enim nostrum latet, Principem hunc de ecclesia immortaliter meritum, duo festa saecularia, quorum alterum post elapsos centum annos reformationi B. Lutheri, alterum Augustanae Confessioni uolebat esse sacrum, indixisse publice, simulque sanxisse, ut a ciuibus subditis non sine summa religionis laetitiaeque significatione celebrarentur. Nolo in praesenti in spatiosum huius materiae campum excurrere, eo quod acta hanc in rem publica extant, quae de horum iubilaeorum solemnitate satis superque testantur. Praeterea egomet ipse tres ante annos, in quod tempus alter Ecclesiae nostrae Iubilaeus magnus inciderat,

C 2

istud

Sub



istud argumentum longe gratissimum oratione Historica eademque Panegyrica de Iubilaeis Brandenburgicis (m) pro hisce persecutus sum rostris, adeo, ut cramben bis coctam hic apponere merito supersedeam. Taceo quoque communes illas Ecclesiae preces, quae sub eius auspiciis typis sunt expressae. (n) Idem gloriosae memoriae Princeps, CHRISTIANVS, uere Christianus, tricennalis bellicalamitates & uidit, & expertus est satis, quibus se sua opposuit animi magnitudine, inprimis precibus, ad DEVM ardentius fufis, tum pro bello isto tam funesto auerruncando, tum pro pace publica recuperanda. Exemplum eiusmodi precum egomet uidi, huius rubricae: Gebet für den Fried / wie solcher in den Christlichen Kirchen des obern Marggraffthums Brandenburg / und Burggraffthums Nürnberg in diesen gefährlichen Kriegs-Läufften angeordnet worden / 1619. gedruckt zum Hof / bey Matthäo Pfeilschmidt. Sed his & aliis misfis ad CHRISTIANVM ERNESTVM, Principem, pietate & ceteris uirtutibus, quae Prin-

(m) Haec oratio de Iubilaeis Brandenburgicis lucem publicam uidit, A. 1718.

(n) Huius exempli preces prodierunt 1616. cum hoc rubro: Form des gemeinen Gebets / wie sie auf den Tängeln / alsbald nach verrichter Predigt in des Durchleuchtigen Hochgebohrnen Fürsten und Herrn / Herrn CHRISTIANI, Marggrafen zu Brandenburg / in Preussen / zu Stettin / Pommern / der Cassuben und Wenden / auch in Schlesien zu Crossen / Jägerndorff &c. Burggrafen zu Nürnberg / und Fürsten zu Rügen &c. Kirchen des ganzen Fürstenthums / soll abgelesen werden. Gedruckt zum Hof / durch Matthaum Pfeilschmidt.

Principes ornant Christianos, nulli secundum, deuolutus, breuiter, & in summa ueluti tabula delineabo, quot qualesque ordinationes sacras in Ecclesiae scholarumque usum edi, easdemque typis signari iusserit. Praeter reliquas primum adducere lubet sanctissimam illam legem, quam in **Constitutione sua circa custodiam disciplinae publicae** primo statim articulo dedit, & omnes ac singulos, suae potestati subiectos, ex summo pietatis Zelo commonuit, ut uerae pietati, tanquam omnis omnino felicitatis matri, ex animo studerent, & DEO tam internum, quam externum cultum, quanta fieri debet, religione praestarent. Inprimis dierum Dominicorum & Festorum profanationem quam seuerissime prohibuit. Verba, quibus usus est, pietatis sunt plena, & nobis & nostris posteris probe ponderanda: Wir wollen/ daß auch die Eltern/ Vormündere / und Hauß-Herren ihre Kinder/ Mündlinge/ Gesinde und Haußgenossen ebener Gestalt zum Gottes-Dienste anweisen / und sie daran keines Weges hindern / absonderlich aber an denen Sonn-und Fest-Tagen die Kirchen vor sich selbst fleißig besuchen/ und die Ihrigen darzu anhalten / wie wir dann auch zugleich und bevorab alle und jede unsere Rätthe/ Hauptleute/ Amtmänner / Befehlshabere/ Castnere und Verwaltere/ Vögte / Richtere / Schultze heissen/ Bürgermeistere und Rätthe &c. dahin insonderheit befehliget haben wollen/ daß sie fleißige Achtung

tung hierauf haben / an den Sonn- und Fest-Tagen alle
 Vorbescheide / Tagsagung und Verhöre in weltlichen
 Sachen gänglich abstellen / auch ihre Amts-Anbefohlene
 mit Jagden / Frohnen oder sonst in andern / dadurch sie
 an dem Gottesdienst verhindert werden / nicht beladen /
 sondern vielmehr Amtswegen gute Aufsicht haben /
 daß an Sonn- und Fest-Tagen unter der Predigt in den
 Städten und verschlossenen Märkten die Thore zu- und
 versperret gehalten / auch ausser dem Nothfall nicht
 geöffnet / dann alle Handthierungen / sie haben Nah-
 men wie sie wollen / Feld-Arbeit und Haus-Geschäf-
 te / die anderer Zeit verrichtet werden können / es müste
 dann aus unumgänglicher Noth / und zu Abwendung
 grosser Gefahr und Schadens geschehen / welches doch
 mit Erlaubniß unsrer Beamten / und Vorbewußt jedes
 Orts Pfarrers / vorgehen solle / vermieden werden und
 nachbleiben mögen / gestalt dann ein jeder / der ausser ge-
 dachten Nothfällen sich an Sonn- und Fest-Tagen /
 bevorab unter den Predigten im Felde / mit Aekern und
 andern Hand-Arbeiten betretten läßet / um willkührli-
 che Geld-Busse von ein bis auf 5. Gulden auch nach
 Gelegenheit der Personen oder Verbrechen / um
 mehrers oder wohl gar mit Gefängniß gestraffet wer-
 den soll / 2c. Insonderheit aber verbieten wir hiemit
 ernstlich / daß keiner / der süsse Geträncke / Brandwein /
 Wein oder Bier schencket / weder in den Städten /
 Märkten oder Dörffern / Wirths- oder andern Häu-
 sern unter den Predigten einiges Getränck verkauffe /
 noch

noch Zeihen halte / noch verstatte/ 2c. Id ipsum anno statim sequenti, nimirum 1673. d. 2. Ian. pius repetiit Princeps, peculiari constitutione de sanctificatione & celebratione diei Dominici, in uulgus edita. Quin & sigillatim de nomine diuino sancte colendo, nec per blasphemias & execrationes profanando, leges dedit longe seuerissimas d. 1. Febr. 1662. & d. 30. Ian. 1686. publicatas, coetui sacro praelectas, templorumque ualuis affixas. Ecquis nostrum non admiretur & suspiciat Principem pium, & pias eiusdem leges de sanctificatione sabbati & diuini nominis? Idem Princeps quanto odio & quam exquisita poena contra sextum praeceptum delinquentes affecerit, patet inter alia ex ordinatione illa acerrima, quam in eiusmodi praeuaricatores edi iussit, An. 1675. d. 17. Maii. Sed habemus & alias Principis huius pii sanctiones, ad religionis conseruationem & custodiam spectantes, quae diuersis annis, 1661, 1664. (o)

1673.

(o) *Formula precum 1664. directa erat contra Turcas, eidemque praemissa est pia quaedam & seuera constitutio & admonitio, ut patet uel ex ipso rubro: Ausschreiben wegen Continuation der Buß- und Bet-Stunden / um Erhaltung Fried / Ruhe und Einigkeit / hingegen Abwendung der leidigen Türcken- und anderer Kriegs-Gefahr / auch Fortpflanzung des reinen Worts Gottes / wie es uff des Durchlauchtigsten Fürsten und Herrn / Herrn Christian Ernstens / Marggrafens zu Brandenburg 2c. gnädigsten Befehl / nachdem zwischen der Röm. Kayserl. Majest. und dem Erb-Feind Christl. Namens / dem Türcken / auf zwanzig Jahr lang getroffenen Stillstand der Waffen / in den Christl.*

1673. 1678. 1679. 1680. 1683. (p) 1688. 1689. 1693.
1702. 1703. 1710. lucem publicam uiderunt. In qui-
bus certae sunt praescriptae precum formulae, quae
modo *προσευχῆν* seu apprecationem boni, modo *δ'ένιν*
seu

Kirchen Er. Fürstl. Durchl. Landes und Fürstenthum / des Burggraf-
thums Nürnberg / oberhalb Gebürgs / bey annoch wärenden und künft-
tig mehrers besorgenden gefährlichen Läuften angestellet worden. Ge-
druckt in der Fürstl. Residenz Stadt Bayreuth durch Joh. Gebharden/
im Jahr Christi 1664. *In ipsa Constitutione multa occurrunt, & pio, &
sapiente & iusto Principe longe dignissima, ex quibus haec tantummo-
do excerpam licet, quae de meridiano campanae pulsus, & genuflexione
inserta sunt:* Es soll auch in den Werk- Tagen / wie bißher geschehen/
jedesmal um zwölf Uhr Mittags in allen Städten / Märkten und
Dörffern / eine Buß- Glocken geläutet / und nach solchem Läuten drey
Puls oder Zeichen zu dem Ende / und desto mehrerer Aufmunterung ge-
geben werden / daß männiglich und besonders der gemeine Mann / auch
alle Handwercker / Bürger- und Bauers- Leute / samt ihren Kindern und
Gesinde / sie seyen in der Stadt / oder auf dem Lande / zu Hause oder zu
Felde / an der Arbeit / oder auf freyem Wege / wie auch die Krancken auf
ihrem Lager / ihre Andacht haben / und Gott um Schutz und Friede
herzlich anrufen / die Eltern auch ihre Kinder so bald vor dem Tisch tret-
ten / und die Gebetlein: Ach! bleib bey uns HErr Jesu Christ/ 2c. Er-
halt uns HErr bey deinem Wort 2c. Verleih uns Frieden gnädiglich/ 2c.
oder einen Buß- Psalm / samt dem Vater Unser sprechen lassen. Wie
dann auch dergleichen in den Lateinischen und Teutschen Schulen mit sin-
gen und beten / in Gegenwart der Praeceptoren / allenthalben unnach-
lässig geschehen soll/ 2c. Und wiewohl Fasten und Knie biegen eine feine
äußerliche / und auch Christl. Zucht / doch vor Gott kein Verdienst mit
sich bringet: dennoch aber / und dieweiln aus solchen äußerlichen wohl-
anstehenden Geberden / die innerliche Andacht / Demuth / Traurigkeit/
Angst und Buß des Hergens / ohne welche kein Gebet angenehm / son-
dern vielmehr Sünde ist / zu vermercken / und die Gottseeligen Heiligen/
auch alle diejenigen / denen ihr Buß und Gebet ein rechter Ernst gewesen/
sich also / auch gar im Sack / und in der Asche liegend / haben finden lassen/
und durch die Macht ihres Gebets / oftmahls Land und Leute erhalten/
und grosser vorgestanderer Land- Plagen Gott abgebeten: So werden

feu deprecationem mali, modo ^{ἐν τῇ} seu intercessionem complexae, aut pacis, aut belli, aut pestis aliarumque calamitatum tempore coram Ecclesia erant recitandae, & ad DEVM T. O. M. pie & non sine feriae poenitentiae significatione fundendae, ut cum

D

bo-

alle und jede Gott-liebende Seelen sich auch dergestalt darzu bequemen/ und bey jeder Betstund / so viel Leibes Vermögenheit zulasset / den getreuen Gott hierinnen desto geschickter und andächtiger anrufen / und ihr Gebet vor dem grossen Gott Fuß-fallend verrichten / und sich niemand deswegen gegen dem Allerhöchsten und Herrn aller Herren zu viel düncken lassen.

(p) Anno 1683. duae contra Turcas precum formulae prodierunt, sub his rubris: Ordnung der Fuß-und Bet-Stunden/ welche auf des Durchleuchtigsten Fürsten und Herrn/ Herrn Christian Ernsts / Marggrafens zu Brandenburg ꝛc. gnädigsten Befehl wegen plötzlichen Ein-und Ueberfalls des grausamen Erb-Feindes der Christenheit in dem angränzenden Königreiche Ungarn / und daß Gott Ihrer Kayserl. Majest. und andern hohen Potentaten/ Churfürsten und Ständen des Teutschen Reichs Glück und Sieg wieder denselben allergnädigst verleihen wolle/ in allen Kirchen Seiner Hoch-Fürstl. Durchleucht Landes und Fürstenthums/ des Burggrafthums Nürnberg oberhalb Gebürges/ bey diesen höchstgefährlichen Läuften angestellet werden sollen. Bayreuth gedruckt durch Joh. Gebharden 1683. item: Ordnung der Fuß-und Bet-Stunden/ welche nach des Durchleuchtigsten Fürsten und Herrn / Herrn Christian Ernsts/ Marggrafens zu Brandenburg ꝛc. gnädigsten Befehl/ wegen eines und des andern bishero von Gott beschehrten Siegs wieder den grausamen Erb-Feind der Christenheit/ den Türcken/ und daß seine göttliche Majestät noch ferner des Christl. Kriegs-Volcks Waffen segnen/ demselben mächtigen Schutz und Beystand leisten / auch steten Sieg verleihen / in gleichen alle Kriegs-Gefahr und andere Plagen in Gnaden abwenden wolle/ in allen Kirchen Seiner Hoch-Fürstl. Durchleucht Landes und Fürstenthums des Burggrafthums Nürnberg oberhalb Gebürgs / des Sonntags nach der Amts-und Vesper-Predigten/ auch Dienst-und Donnerstags Vormittag bey den angestellten Predigten oder Bet-Stunden/ wienicht weniger in den übrigen Wochen-Predigten/ bis auf weitere Verordnung/ gebraucht werden sollen. Bayreuth gedruckt bey Joh. Gebharden 1683.

bona, quae animum & corpus alunt, nobis conseruaret, tum mala & pericula quaeuis imminetia, quae peccatis nostris oppido promerueramus, quam clementissime auerruncaret, germ. formular oder Form des gemeinen Kirchen-Gebets/ Noth- und Buß-Gebet/ Pest-Gebet &c. Certe cum separatis subinde temporibus hinc inde in Germania nostra pestis, alique morbi epidemici grassarentur: pius ac prouidus patriae nostrae Pater, CHRISTIANVS ERNESTVS, non uarias solum Constitutiones Antiloimicas uel suo ipsius motu, uel Circuli Franconici nomine promulgauit, uerum etiam certas in hebdomade ad poenitendum horas, itemque preces praescripsit. (q) Neque silentio hic praetereundae sunt pre-

(q) *Eiusmodi Constitutio Antiloimica prima uice prodit 1666. d. 23. Aug. postea reuisa & recusa 1680. d. 18. Iunii, cui simul accessit consilium quoddam Antiloimicum, quod Dom. D. Gottfried Stein/ Serenissimi Archiater & metropoleos huius Physicus Ordinarius b. m. composuerat, in quo multa ex consilio medico D. Pauli de Sorbait, ELEONORAE, Imperatricis Viduae Archiatri, se depromsisse ingenue fatetur. Namque eodem tempore funesta pestilentiae lues Viennae Austriacorum horrendum in modum saeuiebat. Deinde & aliae eiusmodi constitutiones, imprimis Circuli Franconici auctoritate, dictatae & uulgatae sunt, 1708. d. 10. & 12. Octobr. 1709. d. 23. Aug. 1709. d. 3. Sept. Reliquae alteri orationi reseruandae sunt. Preces pro auertenda peste 1710. hoc habent rubrum: Pest-Gebet/ welches in des Durchleuchtigsten Fürsten und Herrn / Herrn Christian Ernsts/ Marggrafens zu Brandenburg &c. ganzem Fürstenthum / um gnädigste Abwendung der grausamen Pest-Seuche in denen gnädigst-angeordneten Bet-Stunden zugebrauchen. Bayreuth/ gedruckt bey Joh. Lobern/ Hoch-Fürstl. Brandenb. Hof- und Cansley-Buchdruckern 1710.*

preces illae Eucharisticae, iussu pariter Domini CHRISTIANI ERNESTI, Principis uere Christiani concinnatae, & ad quaedam festa Eucharistica accommodatae, in quibus DEO T. O. M. post finita Imperatoris & Imperii cum Gallis bella solemnes gratiae pro pace publica, Germaniae nostrae reddita, per uniuerfam patriam agebantur. Cuiusmodi preces & quidem typis expressae, prodibant 1679. ob pacem Neomagensem, & 1698. ob pacem Rysvicensem. (r) Sed hisce modo recensitis festis Eucharisticis & reliqua statim adiiciam licet, au-

D 2

spi-

(r) Rubrica precum Eucharist. 1679. Danck-Gebet / welches in des Durchleuchtigsten Fürsten und Herrn/Herrn Christian Ernsts Marggrafens zu Brandenburg/ zu Magdeburg/ in Preussen 2c. gangem Fürstenthum/ an dem / den 20. Sonntag nach Trinitatis als den 2. Novembr/ wegen des von Gott wieder beschehrten Friedens/ angestellten Danck- und Bet-Tag nach der Predigt in der Kirchen öffentlich verlesen/ und bis auf andere Verordnung in den ordentlichen Bet-Stunden gebraucht solle werden. Bayreuth gedruckt bey Joh. Gebhard. In fine hi textus sacri praelibuntur ad habendam concionem Eucharisticam, Pl. XXXIV. v. 13. 14. Pl. LXXXV. v. 9. usque ad finem, Jerem. XVIII. v. 7. Nahum. I. v. 15. Syr. L. v. 24. 25. 26. Rubrica precum Eucharist. 1698. Friedens-Freude Gott zu Lob/ Preis und Danck von dem Durchleuchtigsten Fürsten und Herrn/Herrn Christian Ernsten/ Marggrafen zu Brandenburg 2c. über dem zwischen der Röm. Kayserl. Majestät/ und dem Heil. Röm. Reich/ dann der Cron Frankreich/ getroffenen Frieden/ durch ein/ in dero gangem Fürstenthum und Landen am Sonntag Septuagesima, als den 20. Febr. angestelltes Danck-Fest/ feyerlich zu begehen gnädigst verordnet/ im Jahr Christi 1698. Bayreuth gedruckt bey Joh. Ammelung/ Hoch-Fürstl. Brandenb. Hof-Buchdr. In fine pariter hi Textus sacri sunt praelibunt Pl. LXXXV. v. 9. usque ad finem, Nahum. I. 15. Siehe/ auf den Bergen kömnen Füße eines guten Boten 2c. usque und bezahle deine Gelübde. Ier. XVIII. v. 7. 8. 9. 10.

spicio pariter **Serenissimi CHRISTIANI ERNE-
STI** & indicta & celebrata. Cum anno 1678. men-
se Iulio, inuictissimo Imperatori **LEOPOLDO**
Magno Princeps **Iosephus** esset natus: in no-
stris ecclesiis **DEO T. O. M.** pro insigni hoc beneficio
solemnnes gratiae & iubila agebantur. Deinde cum
Anno 1683. Vienna Austriacorum, Augustissimi Im-
peratoris sedes, grauissima Turcarum obsidione esset
liberata: **Festum Eucharisticum**, idemque
solemne, apud nos celebratum est, Dom. XXI. p.
Trin. d. a. ubi quidem ante meridiem piis medita-
tionibus illustrabatur Ps. LXIV. 10. post meridiem
Ps. CXXVI. 2. 3. Ac cum Anno sequenti 1684. di-
rissima lues in uariis Germaniae prouinciis & urbi-
bus saeuire desisset: saepius laudatus Princeps
Festum Eucharisticum indixit, d. 27. Iulii tan-
quam ipso suo natali XLI. pie celebrandum. Tex-
tus sacri, ante & post meridiem explicandi, praescri-
bebantur ex Ps. XCI. 1. 2. 3. 4. 5. 6. & 7. Ps. CXVI. 7.
8. 9. siue ex Ps. CVII. 20. 21. 22. Syr. XXXIV. 16. 17.
18. 19. 20. Ps. XCI. 14. 15. 16. Denique Anno 1685.
mense Septembri in uniuersa patria solemne habe-
batur **Festum Eucharisticum**, ob res in Hunga-
ria aduersus Saracenos feliciter gestas & ob unam alte-
ramque uictoriam reportatam. Textus sacri prae-
scripti erant ex Deut. XXXIII. u. ult. it. ex Ps. XVIII.

28. 29. 30. repetitis precibus de An. 1683. in quibus mutabantur, quae pro re nata mutari debebant. Idem quoque Princeps CHRISTIANVS ERNESTVS, cuius erat symbolum: PIETAS AD OMNIA VTILIS, ut pietatis precandique studium in ciuium animos magis magisque insinuaretur, librum illum precationum, in Marchia Brandenburgica auspicio diui Electoris IO. GEORGII cūsum, (Das Brandenburgische Gebet-Buch) in hac metropoli maxime suis sumtibus bis recudi iussit, An. 1680. & 1697. Quem quidem sacrum librum ipse nauiter legit, & exemplari suo sua manu haec Principe pio quam dignissima inscripsit uerba: Ich habe dieses Buch wieder auflegen lassen/und werde solches bis an mein Ende beybehalten/ die Heil. Hochgelobte Dreyfaltigkeit gebe/ daß es allen denen/ so es lesen/ nebst mir zu ihrer Seelen Seeligkeit gedenhe Amen! Bayreuth den 24. Decembr. 1680. Hic ipse Princeps, nostris omnibus superior encomiis, Antiphonarium seu ordinationem quandam, Choro Musico obseruandam, (Chor-Ordnung) introduxit, in qua sancitum est, quae qualesue Antiphonae sacrae & Pastoribus & Cantoribus in Publico DEI cultu, pro uarietate Festorum & Dominicarum, adhiberi & decantari debeant. Quae quidem ordinatio, Anno 1698. typis uulgata, adhuc in Ecclesia nostra uiget. Quid denique dicam de Constitutione illa, quam gloriosae me-

moriae Marggrafius, Dominus CHRISTIANVS ER-
 NESTVS, paullo ante inaugurationem illustris hu-
 ius Musarum sedis dedit. Eadem 1664. d. 29. Iunii
 publici iuris est facta, typis tradita per Io. Gebhar-
 dum typographum huius urbis, sub hac rubrica:
 „Des Durchleuchtigsten Fürsten und Herrn / Herrn
 „Christian Ernsts / Marggrafens zu Branden-
 „burg/ in Preussen/ zu Magdeburg/ zu Stettin/ Pom-
 „mern/ der Cassuben und Wenden/ auch in Schlesien/
 „zu Crossen und Jägerndorff Herzogens / Burggra-
 „fens zu Nürnberg/ Fürstens zu Halberstadt/ Minden/
 „und Camin/ Foundation und Ordnung/ wie es
 „mit dem von Sr. Fürstl. Durchl. zu Gottes des All-
 „erhöchsten Ehren/ und der studierenden Jugend / in
 „dem obern Fürstenthum/ Burggrafthums Nürnberg/
 „besten/ gestifteten illustri Gymnasio in Dero Residenz-
 „Stadt Bayreuth künfftig solle gehalten werden.
 „Quod in rubro, idem in nigro clarius legimus, ex
 „quo haec tantum uerba, pio ac bono Principe di-
 „gnissima, repetamus: Wir haben Gott dem Aller-
 „höchsten / von dem wir bisanhero viel unzehlbare
 „Gnade und Gutthaten überflüssig und reichlich em-
 „pfangen haben / zu ewigwährendem Lob / Ehr und
 „Preis/ dann auch zu fernerer Erhalt- und Ausbrei-
 „tung des wahren und seeligmachenden Evangelii un-
 „sers liebsten Herrn und Erlösers Jesu Christi/ wie
 „nach Anleitung der ungeänderten Augspurgischen
 „Con-

Confession, selbige in unfrem gansen Land und Für-
stenthum bisanhero ist gelehret und getrieben wor-
den/ woben wir auch durch die Gnade des Heil. Gei-
stes bis an unser Lebens-Ende unverruckt zu bleiben/
hiemit vor Gott und aller Welt öffentlich bezeugen/
wie nicht weniger zuvor gemelter unserer Unter-
thanen und der heran wachsenden Jugend/ guten Nu-
tzen und besten/ ein illustre Gymnasium bey dieser un-
serer Fürstl. Residenz-Stadt Bayreuth / fundiren-
wollen. Thun auch solches hiemit und Krafft dieses
in bester Form/ Art und Weiß/ wie solches immer und
am beständigsten geschehen soll/ kan oder mag. Se-
gen/ ordnen und wollen demnach / daß über jeso ge-
dachte Foundation von unfren Erben / Erbnehmen
und Nachfolgern steiff und fest gehalten/ auch solche
ohne sonderbahre/ grosse und erhebliche Ursachen nicht
aufgehoben/ noch gänglich abgeschaffet werde.“ Ne-
que hoc loco tacendae sunt leges dicti illustris Colle-
gii CHRISTIAN-ERNESTINI, quae iussu Serenis-
simi Conditoris sancitae, cum nouis quibusque ciui-
bus, tum uniuerso coetui a Professore quodam sin-
gulis annis publice & praelegi & inculcari solent. A
Diuo Patre, CHRISTIANO-ERNESTO, Principe
dum uiueret, pio, sapiente, forti & felici, ad filium
eius, Serenissimum nostrum Principem ac
Dominum, Dominum GEORGIVM
GVILIELMVM, conuertor. Quod Isocrates,
Pa-

Pater ille graecae eloquentiae, qui, Cicerone iudice, omnes uirtutes politicas & negotia suis complexus est orationibus, de Demonico asserit, ipsum ad exemplum optimi sui Parentis Hipponici uixisse & μιμητὴν καὶ ζηλωτὴν τῆς 'παιδείας ἀρετῆς, imitatore[m] & aemulatore[m] paternae uirtutis factum esse: (s) Idem etiam de Serenissimo nostro Principe ac Domino praedicandum nobis est, qui non paterni tantum regiminis, sed paternarum etiam uirtutum successor adhuc fuit longe felicissimus, & ex quo clauum imperii tenere & moderari coepit, ad exemplum Diui Parentis uariis legibus ac constitutionibus cum ecclesiam tum rempublicam instruxit & adiuuit & adauxit. Ut primum de sacris eius constitutionibus, ordine sic iubente, nonnihil dicam, inter omnes facile constat, iussu modo laudati Serenissimi nostri Principis, nonnullas precum formulas, ad cultum DEO praestandum, necessarias, aut recusas, aut de nouo praescriptas esse. Sic Anno 1713. communes illae preces Ecclesiasticae recudebantur. (t) Eodem, quem modo dixi, anno cum Galli Germaniam nostram, in primis Prouincias ad Rhenum sitas, bello laceessere pergerent, in easdemque longe maiori, quam antehac

(s) *vid. Orat. ad Demonico. c. III.*

(t) *Rubrica haec est:* Allgemeines Kirchen- und Buß-Gebet/ wie solches in dem Hoch-Fürstl. Brandenburgl. Fürstenthum Burggrasthums Nürnberg oberhalb Gebürgs / an denen heiligen Sonn- und Feiertagen nach geendigter Predigt/ wie auch in den gewöhnlichen Bet.-Stunden der Wochen am Donnerstag pfleget gesprochen zu werden / samt denen Col-lecten auf jeden Tag/ auf hohen Befehl wieder aufgelegt.

hac, armorum impetu irruerent, & saeuirent: Serenissimi nostri Principis iussu, preces publicae, eademque extra ordinem, habebantur, & in iisdem Numini diuino tum pro auerruncando belli huius malo, tum pro pace publica recuperanda supplicabatur, certa hunc in finem precum formula composita & hac inscriptione insignita: Buß, Gebet / welches in dem Hoch-Fürstl. Brandenburgl. Bayreuthischen ganzen Land und Fürstenthum um glückliche Expedition und Success der Kayserl. und des Reichs Wassen / zu Erlangung eines allgemeinen und beständigen Friedens / bey denen gnädigst angeordneten extraordinären Bet-Stunden gesprochen wird. Sic & postea, cum pax publica Germaniae nostrae restituta esset, noua oratio 1718. typis exprimebatur, cum hac inscriptione: Buß-und Dancß-Gebet / welches in des Durchlauchtigsten Fürsten und Herrn / Herrn Georg Wilhelm / Marggrafens zu Brandenburg ꝛ. unsres gnädigsten Fürsten und Herrn ganzem Lande und Fürstenthum bey nunmehr erfolgtem Frieden in denen wöchentlichen Bet-Stunden zugebrauchen. Itemque ne certae precum formulae, diebus illis solemnibus, quibus DEVS bis in anno, per uniuersam, qua patet, patriam, uera expiandus est poenitentia, Ecclesiae deessent, hoc, quo uitam degimus, anno, nimirum 1720. Serenissimus noster Princeps preces illas, iam a Diuo Patre 1689. datas, recudi iussit, insuper quoque

E



que praescripfit, qua uerborum caerimonia eiusmodi dies, poenitentiae publicae destinati, pro concione sint intimandi. (u) Inprimis summis ornanda laudibus hic uenit **constitutio & lex** illa pia, quam in homines **Fanaticos, Enthusiastas, & Libertinos**, nostrae admixtos Ecclesiae, tulit. Cum enim religiosus noster Princeps comperisset, in suis regionibus, praesertim in dioecesi Neapolitana ad Ayssum, dari homines, qui pietatem callide simularent, & fanaticis infecti erroribus, uerbum DEI reuelatum, libros nostros Symbolicos, itemque ueneranda mysteria Baptismi & sacrae coenae, una cum confessione & absolutione priuata, friuole contemnerent, & nonnisi diuinas, easdemque immediatas reuelationes expectarent & iactarent, nec non magistratus, eorumque leges & constitutiones floccifacerent: Ipse, tanquam Lutheranae eiusque uerae religionis assertor, peculiari cavit lege, ut eiusmodi homines fanatici coercerentur, & nisi resipiscerent, suisque fabulis & erroribus nuncium mitterent, e ditio-
nibus

(u) *Preces istae sic inscribuntur: Formular desjenigen Gebets/welches auf gnädigsten Befehl an denen jährlich-verordneten grossen Buß- Fast- und Bet-Tagen in der Hoch-Fürstl. Brandenburgl. Residenz-Stadt Bayreuth pflegt abgesprochen zu werden. Gedruckt Anno 1689. und wieder aufgelegt 1720. Duo autem eiusmodi dies poenitentiae publicae in anno habentur, alter Dominica Judica, alter Festo Matthaei, idque iam ex sanctione Diui CHRISTIANI ERNESTI An. 1680. mense Septembri. Virobique conuenientes textus sacri explicantur, idque ex praescripto illustris Consistorii.*

nibus suis eiicerentur. Quae quidem pia & bono Principe quam dignissima constitutio typis commissa prodiit d. 14. Maii 1714. & e suggestibus sacris populo praelecta est. In hoc religionis Zelo optimus noster Princeps alios Christianos Principes, imo & Reges est imitatus, e. g. Carolum XI. Regem Sueciae, Io. Georgium III. Electorem Saxoniae, Fridericum III. Electorem Brandenburgicum, Georgium Ludovicum, Electorem Hannoueranum, Rudolphum Augustum & Antonium Vlrimum, fratres Germanos & Duces Brunsvicensium & Luneburgensium, Georgium Guilielmum, Ducem pariter Brunsvic. & Luneb. Carolum, Landgrafium Hasso-Cassellanum, & alios, qui ex verae pietatis ardore, & ui instrumentorum pacis Religiosae & Westphalicae, & aliquot imperii Recessuum, (x) homines eiusmodi Fanaticos in suis regnis ac provinciis haudquaquam tolerarunt, sed seuera in eosdem edicta, tum hoc, tum superiori saeculo ediderunt. Ex his edictis nunquam satis laudari potest illud, quod Potentissimus Elector Brandenburgicus, paullo post

E 2

pri-

(x) vid. Recessus Imperii Spirae 1529. 1544. Augustae Vindel. 1530. 1551. Wormatae 1535.

primus Rex Borussiae, FRIDERICVS III. d. 25.
 Iunii 1700. per regimen Ducatus Magdeburgici de-
 dit, cuius hoc est initium: Nachdem Sr. Churfürstl.
 Durchl. zu Brandenburg / unsrem gnädigsten Herrn/
 unterthänigst vorgetragen worden / was massen in
 Dero hiesigem Herkogthum Magdeburg / allerhand
 irrige und keßerische Lehr-Schriſſten / als nemlich das
 sogenannte ewige Evangelium / ingleichen des Böh-
 mens/ Weigels/ Schwencffelds / Joris / Brecklings/
 Angeli Mariani, Baumanns/ und andere quäckerische
 Schriſſten bisher verkaufft / und unter die Leute ge-
 bracht worden / und dann höchstgedachte Se. Chur-
 fürstl. Durchl. Dero zur Regierung dieses Herkog-
 thums verordneten Cankler / Vice-Cankler / und Rä-
 then / vermittelst Dero gnädigsten Rescripts vom 10.
 dieses in Gnaden zuvernehmen gegeben / was massen
 sie an denenselben ein höchstes Mißfallen tragen/ und
 derselben Gebrauch gänzlich verboten haben wollen/
 mit gnädigstem Befehl/ daß wann dergleichen verfüh-
 rische Bücher irgendwo/ und insonderheit bey der Ju-
 gend gefunden werden/ selbige ihnen abgenommen und
 sie durch Dero Consistorium von Lesung solcher Bü-
 cher abgemahnet werden sollen: Als wird ein jeglicher
 hiemit erinnert und gewarnet / vor dergleichen schädli-
 chen Büchern sich aufs fleißigste zu hüten / und wann
 er deren hat/ sich davon loszumachen/ oder widrigen-
 falls gewärtig zu seyn/ daß ihme solche abgenommen/
 und er nach Befindung der dabey vorkommenden Um-
 stän-

stände / überdem zu gebührender Straffe gezogen werden solle &c. Eandem indignationem in homines Fanaticos fouet Serenissimus noster Princeps ac Dominus, quandoquidem in edicto suo eosdem ad resipiscendum grauitur admonuit, inque errore contumaciter perseuerantes e patriae finibus eiciendos esse duxit, ut patet ex uerbis, quae sub finem edicti leguntur: Als werden hierdurch solche Sectirische Sonderlinge alles Ernstes ermahnet / annoch bey Zeiten in sich zugehen / sich nach der Kirchen-Ordnung und deren Christlichen Gebrauch zurichten / mithin alles Aergernuß und Irrthümer abzustellen / und insonderheit wenigstens des Jahrs zweymahl zur Beicht und Communion bußfertig einzufinden / oder im Gegentheil gewärtig zu seyn / daß die Ubertreter andern zum Exempel mit der Landes-Verweisung unachbleiblich angesehen und bestraffet werden sollen. Sed cum in recensendis sanctionibus, in homines Fanaticos editis, paullo longior fuerim: breuior omnino ero in collaudanda constitutione illa sacra, in qua Serenissimus noster Princeps ac Dominus, Dominus GEORGIVS GVILIELMVS, alterum Ecclesiae Euangelicae Iubilaeum magnum, qui in annum 1717. per Diuini Numinis gratiam quam felicissime incidebat, in suis regionibus

bus rite concelebrandum indixit, simulque solemnem ipsius celebrationis modum praescripsit. Id quod ex constitutione ipsa, dicto anno typis excusa, nec non ex aliis actis publicis satis perspectum habemus atque exploratum. (y) Atque hae fere sunt, **AVDITORES**, quod ego quidem sciam, (z) **leges & constitutiones sacrae seu Ecclesiasticae**, quae auctoritate & iussu **Serenissimorum Marggrafiorum Brandenburgicorum**, in **Burggrafiatu superiori**, litteris seu typis traditae, monimentisq; sunt consignatae. Leges enim ac constitutiones de rebus Ecclesiasticis scriptas orationis huius ambitu complecti, neque instituti, neque potestatis meae est. Ordo potius nunc suadet, ut eas etiam **leges & Constitutiones** breuiter strictimque recenscam, quae circa res civiles uersantur, & typis expressae prostant. Hic tanto uberius dicendi nascitur seges, quanto magis inter **Politicos** pariter & **ICTos** constat, non personas tantum

(y) *vid. D. Ernest. Salom. Cypriani, Theologi & Consilarii Gothani, Hilaria Euangelica, oder Theologisch-Historischer Bericht vom andern Evangelischen Jubel-Fest/ P. I. p. 335. ubi constitutio Serenissimi nostri Principis de celebrando Iubilaeo, Baruthi d. 25. Aug. 1717. data, expressis verbis legitur, conf. eadem Pars I. p. 1065. it. P. III. p. 25. ubi nunciu Iubilaei Brandenburgico-Baruthini exhibentur. Inprimis hanc in rem merentur legi tres Conciones Iubilaeae, in hac metropoli habitae & luci publicae expositae, 1720. sub rubrica: Die wunderbahren Wege Gottes in Beförderung und Erhaltung der Evangelischen Wahrheit &c. nec non oratio mea de Iubilaeis Brandenburgicis, paullo supra iam allegata.*

(z) *Reliquae, si forte occurrent, alio tempore erunt recensendae.*

tum, quae in Republica degunt, uerum etiam res ipsas ciuiles uarii esse generis, ad easdemque commode referri res animatas & inanimatas, mobiles & immobiles, corporales & incorporeales, naturales & artefactas, proprias & communes, item res nullius, res sacras & publicas, res uniuerſitatis, res ſingulorum. Atque adeo facile inde colligitur, quot res ciuiles, tot etiam a Principe ſeu Gubernatore Reipublicae ferri poſſe leges ac conſtitutiones. Vt fidem dictis faciam, potiores eademque publicae **Conſtitutiones politicae ſeu ciuiles** producendae ſunt. Praeter ceteras ob materiae grauitatem utilitatemque primo loco nomino **conſtitutionem illam circa cuſtodiam diſciplinæ publicae**, (germ. *die Policcy-Ordnung*) quae non unam, ſed plures eademque longe ſaluberrimas complectitur leges, quae frenum uitiiſ iniiciunt, & calcar ad uirtutes excolendas ciuibz ſubdunt. Atque huiuscemodi conſtitutionis uariae ſunt editiones, quas non uni, ſed aliquot **Sereniſſimis Marggraſiis** acceptas referamus oportet. Quantum mihi quidem ex antiquis patriae monimentis expiſcari licuit, primum fere auctorem & conditorem conſtitutionis circa curam legum & diſciplinæ **Politicae** fuiſſe animaduerti **GEORGIVM FRIDERICVM**, qui utriusque **Burggrauiatus Norici** clauum non minus ſapienter

enter, quam feliciter est moderatus. Id quod haud obscure cognoscendum est ex illis litteris, quas B. Io. Streitbergerus, SS. Theologiae Doctor & summus rerum sacrarum in hoc Burggrafiato superiori Antistes, Consistoriique Praeses ad Superintendentes, quos uocamus, speciales, A. R. S. 1586. exarauit. Quas quidem litteras ego possideo, & iam supra non sine laude allegaui, in quibus modo laudatus Streitbergerus inter alia conqueritur de incuria quorundam Pastorum, qui, neglecto Principis mandato, articulos ad disciplinam publicam eiusdemque custodiam spectantes pro rostris sacris quotannis praelegere intermisissent. Verba Germanica haec sunt: Nachdem auch vor der Zeit allen Pfarr-Herren ehliche Articul/ die Policen = Ordnung und ob derselben Haltung betreffend uns geschrieben/ und jährlich von allen Canzeln abzulesen befohlen/ solche aber wie man berichtet/ von wenig Pastorn sollen verlesen werden/ trägt unsre gnädige Herrschafft desselben nicht ein geringes Mißfallen. Ist demnach ihr Meinung und Befehl/ dieselben nicht dahinden zulassen/ sondern dem anfänglichen und ersten Befehl nach/ jährlich zweymahl zuverlesen/ und die Pfarr-Kinder solche in Acht zuhaben/ und denen gehorsamlich nachzusetzen / mit allem Fleiß zuerinnern / auch die Amtleute zuvermahnen/ dieselben in Execution zuziehen/ und die Verbrecher zustraffen/ sowohl im Fall der Noth an die hohe Obri-

Obrigkeit zubringen/ habe ich auf empfangenen Befehl an euch sollen gelangen lassen. Thue hiemit uns alle dem lieben Gott/ und mich in euer brüderliches Gebet treulichen befehlen. Dab. postridie misericordiarum Domini 1586. Ecquid uero amplius dubito, cum huius rei testimonia extent longe clariora. Namque ipsemet hisce meis oculi uidi quandam **DIVI GEORGII FRIDERICI** constitutionem disciplinae politicae, quam heri admodum Vir quidam Praenobilissimus ac Consultissimus, (aa) perbeneuole mecum communicauit, & eam quidem non primam laudati **GEORGII FRIDERICI**, sed alteram, quae reuifa & recusa est d. 26. Iulii 1566. In fine quoque huius constitutionis Brandenburgicae adiectam uidi consimilem **Circuli Franconici** constitutionem, in quibusdam articulis & punctis, ad custodiam disciplinae politicae pertinentibus, **Norimbergae** typis expressam per **Dietericum Gerlachium**, 1572. d. 12. Maii. Ex hisce allatis pro-
no quasi alueo sequitur, iam tempore **GEORGII FRIDERICI** constitutionem circa disciplinam politicam in usu fuisse. Postea ipsius successor, **CHRISTIANVS**, gloriosae memoriae Princeps, hos ipsos articulos disciplinae politicae confirmauit, confirma-
F tos

(aa) Honoris ergo nominandus est S. T. Dom. Io. ALBERTVS WILL, in Serenissimi curiae Dicafterii Aulici consiliarius longe meritis-
mus &c.



tos auxit & typis committi curauit. Id quod contigit 1622. per Matthaeum Pfeilschmidium, Typographum Curiensem. Tandem haec ipsa circa disciplinam Publicam constitutio, auspiciis Serenissimi Principis ac Domini nostri, CHRISTIANI ERNESTI, studiose reuisa, & undiquaque auctior prodiit in hac metropoli Anno 1672. per Typographum, Io. Gebhardum, sub hac rubrica: Erneuert-und vermehrte Policen-Ordnung des Durchläuchtigsten Fürsten und Herrn / Herrn Christian Ernsten / Marggrafens zu Brandenburg / ic. zu Dero Lande und Fürstenthume / Burggrasthum Nürnberg / oberhalb Gebürges / Wohlfart / Nutzen und Besten / bey jetzigen sehr beschwerlichen Läuften und Zeiten verfasst / und ausgefertigt. Atque haec est illa ipsa constitutio, quae reliquarum fere omnium norma esse potest, & quam uel exteri Theologi iuxta ac Icti ultro citroque sunt admirati, eandemque tanquam opus enucleatum, & summa elaboratum cura praedicarunt, nos uero in praesenti, conspirantibus omnium bonorum sententiis, optamus, ut cum nostro aeuo huius constitutionis & sanctionis communis ac pragmaticae exempla admodum sint rara, non solum reuideatur & recudatur, sed maiori etiam studio in patria obseruetur, quam adhuc factum esse merito dolemus. Vtilitas egregii huius operis uel ex ipsis titulis, ut leo ex ungue, cognoscitur, quorum

XLV.

XLV. numerantur, quos & ob praestantiam argumentorum hic annotare me haud piget. Articulus (I.) agit de pietate, de templis frequentandis, & verbo DEI audiendo, germ. von Gottesfurcht / Besuchung der Kirchen / und Anhörung des Göttlichen Worts/ p. 1. (II.) de Gymnasiis, itemque scholis trivialibus, von Gymnasiis, auch Stadt- und Trivial-Schulen/ p. 3. (III.) de Ephoria Antistitum Ecclesiae & Decanorum, nec non de Synodis & uisitationibus Ecclesiasticis, von Inspection der Superintendenten und Decanen / auch der geistlichen Synodal-Zusammenkünfften/ und Visitationen p. 7. (IV.) de aerariis publicis, tam Ecclesiasticis, quam civilibus, eorumque rationibus, von Gottes-Häuser/ armer Schulen/ Hospital- Almosen- Raths- gemeinen Gutes und dergleichen Rechnungen/ p. 10. (V.) de Blasphemiis, execrationibus, incantationibus & aliis eiusmodi, von Gottslästern / Fluchen/ Schwören / Seegensprechen/ und andern dergleichen/ p. 12. (VI.) de lussibus illicitis & quaeestuosis, von Spielen und Doppeln/ p. 16. (VII.) de prouocationibus & monomachiis, Christiano homine indignis, von unchristlichen Ausfordern und Duelliren/ p. 17. (VIII.) de officiis Aduocatorum, Procuratorum & librariorum, von Aduocaten/ Procuratoren/ und Schriftstellern / auch daß der Untertanen Supplicationes ein jeder / so dieselbe aufsetzet / unterschreiben solle/ p. 20. (IX.) de tempore & modis coram iudiciis comparendi, & libellos & supplicationes



in curia Principis tradendi, wann und welcher gestalt die Unterthanen mit ihren Klagen und suppliciren bey der Sankten einkommen mögen/ p. 22. (X.) de sponsalibus & nuptiis, von Ehe- Verlöbnußen / Heyraths- Tāzen und Hochzeiten/ p. 24. (XI.) de iis, quae circa & post baptismum infantum sunt obseruanda, item- que de puerperio, von Kindtauffen / Kindbette und Sechswochen/ p. 30. (XII.) de officiis seruorum & famulatio, von Knechten/ Ehehalten und Gesinde/ p. 34. (XIII.) de Operariis & Cursoribus, von Arbeitern/ Tagelöhnern und Boten / p. 35. (XIV.) de sepulturis, von Begräbnissen/ p. 37. (XV.) de Tutelis, von Vormundschaften/ p. 38. (XVI.) de luxuestium, von übermäßiger Kleidung / p. 54. (XVII.) de conuiuuiis & comotationibus, von Gastereien und dabey vorgehenden Zutrincken/ p. 56. (XVIII.) de Encaeniis & nundinis, von Kirchwentagen oder Kirmessen/ p. 57. (XIX.) de mala consuetudine quorundam nobilium & aliorum, qui circumequitant, & parasitos agunt, von ungebührlichen umreiten und zehren/ p. 58. (XX.) de comotationibus in emtione & uenditione, seu in contractibus, quibus arrha praemissa est, von Lenkauff- Trincken/ p. 59. (XXI.) de nocturnis conuenticulis colum tractantium, seu fila trahentium, abrogandis, von Abstellung der Rocken-Stuben/ p. 59. (XXII.) de saltationibus nocturnis non tolerandis, Abend-Tänze nicht zuverstatten/ p. 60. (XXIII.) de requisitione & largitione strenarum, von Erforder- und Reichung neu-

neuer Jahrs-Geschence/ p. 60. (XXIV.) de Bacchanalibus & habitu bacchantium, von Fasnacht- und Fasnachts-Kleidern/ p. 62. (XXV.) de prodigis, otiosis & lurconibus, von verthunlichen Leuten / Müßiggängern und Schlemmern/ p. 62. (XXVI.) de mendicis & seruire nolentibus, von Bettlern und Herrenlosen Gesinde/ p. 63. (XXVII.) de ignotis, praesertim suspectis hominibus hospitio non excipiendis, sed magistratui indicendis, unbekandte/ und bevorab verdächtige Leute nicht zubeherbergen/ sondern der Obrigkeit anzuzeigen/ p. 65. (XXVIII.) de latrocinis & rapinis cohibendis, itemque de securitate itinerum & uiarum, denen Placereyen zu wehren/ und reine Land-Strassen zu halten/ p. 66. (XXIX.) de Cingaris, von Ziegeunern / p. 69. (XXX.) de sclopetis, in urbibus, oppidis & pagis, non exonerandis, daß niemand in Städten/ Märckten/ Flecken und Dörffern eine Büchsen oder dergleichen abschießen solle / p. 70. (XXXI.) de incendiis cauendis & restinguendis, von Feuers-Gefahr/ p. 71. (XXXII.) de pontibus, uis & semitis reparandis, von Besserung der Brücken/ Wege und Stege/ p. 74. (XXXIII.) de annuis & hebdomadariis mercatibus, itemque de rebus uenalibus, von Jahr- und Wochen-Märckten/ auch denen Feilschafften/ p. 75. (XXXIV.) de mercatibus uini & rei frumentariae eiusque propolio, von Wein- und Geträd-Märckten / und dessen Vorkauffe/ p. 78. (XXXV.) de non tolerandis adulteratoribus aromatum & aliis institoribus, iisdemque externis, &

ostiatim merces suas uendentibus, von Butten-Trägern/ Würg-Versälschern/ Hausirern/ und dergleichen Landfahrern/ p. 79. (XXXVI.) de pecorum actoribus, Dardanariis, Pantopolis & aliis eiusmodi hominibus, von Viehetreibern/ Winkelsäuffern/ Kästrägern und dergleichen/ p. 80. (XXXVII.) de iniusto pretio, quod caupones ab hospitibus pro uictu exigunt, & accipiunt, itemque de diuersoriis clandestinis, von theurer Zehrung bey den Wirthen/ p. 81. (XXXVIII.) de Oenopolis, eorumque officio, von den Weinschenken/ p. 83. (XXXIX.) quam diu nocte caupones, oenopolae, & cereuisiarii potulenta e domibus suis uendere debeant, wie lange die Wirthen/ oder andere/ Wein und Bier schenken / und das Getrâncke gegen der Nacht aus ihren Häusern geben sollen / p. 84. (XL.) de uariis opificum institutis & consuetudinibus, earumque abusibus, von allerley Handwercks-Ordnungen/ p. 85. (XLI.) de constitutione circa molituras, Mühl-Ordnung / p. 88. (XLII.) de constitutione circa panes pinsendos Becken-Ordnung / p. 94. (XLIII.) de constitutione circa lanienas, Metzger-Ordnung / p. 97. (XLIV.) de compescendis foeneratoribus, von Wucher / und wucherlichen Contracten / p. 105. (XLV.) de Iudaeis, von Juden/ p. 107. Atque hi sunt articuli, seu potiora capita Constitutionis circa disciplinam Politicam, cui duae adhuc annexae deprehenduntur constitutiones ciuiles, eo quod ab uno eodemque Principe, Diuo CHRISTIANO ERNE-

NESTO, aut datae sunt, aut instauratae, itemque uno eodemque anno, uidelicet 1672. per typos publicatae. Ac prima quidem constitutio est circa taxam, seu taxationem impensarum iudicialium, uulgo sportularum, in qua taxatur, i. e. aestimatur & indicatur, quantum cuique in cancellaria aliisque iudiciis, & superioribus & inferioribus, in quibus uel res ciuiles, uel camerales, uel feudales, uel forestales, uel criminales tractari & decidi solent, pro opera, studio ac labore debeat. Germanice uocatur der Canslen- und Amts-Tax / cui haec admonitio & dehortatio Principis est praemissa: Nachdem sich eine Zeithero/ bey unsrer Canslen und sonsten unsre Unterthanen in dem beschweret / daß sie zu Zeiten mit den Canslen- Amts- Gerichts- Forst- und andern Gebühren zu sehr übernommen würden: Als haben wir der Nothdurfft zu seyn erachtet/ auch dieses Falls/ aus Landes- Fürstl. Macht/ Vorsehung zuthun / den Klagen abzuhelffen/ und deswegen ein durchgehenden Taxt verfertigen zu lassen / wollen auch insgemein unsre Canslen- Verwandte / Beamte / und Forst- Bediente dahin anvermahnet/ und vor ernstes Einsehen und Bestrafen gewarnet haben/ daß sie sürohin mit den Gebühren niemanden übernehmen/ sondern sich / in begebenden Fällen/ bey ihrer Verrichtung / an dem nachgesetzten Taxte / welchen wir deswegen durch diesen öffentlichen Druck publiciren lassen/ halten/ und ein mehrers nicht als hierin gesetzet/ fordern oder begehren / da auch einiger



niger Orten ein wenigers hergebracht / oder auch an
 statt Geldes / den Richtern und Voigten Geträide ge-
 geben wird / soll es dabey seyn Verbleiben haben. Iam
 ante hanc, quam modo recensui, constitutionem,
 auspiciis eiusdem Principis, certae quaedam circa
 taxam sanctiones, sigillatim pro Secretariis & iis, qui
 in Cancellaria sportularum fiunt participes, d. 16.
 Septembr. 1663. & d. 1. Februarii 1666. per typos
 sunt uulgatae. Quae quidem constitutiones circa
 taxam an adhuc hodie in iudiciis obseruentur, non
 ego, sed alii, quibus haec incumbit cura, iudicent.
 Profecto Serenissimus noster Princeps ac
 Dominus, Dominus GEORGIUS GVILIEL-
 MVS, M.B. easdem sancte confirmavit, in nonnullis
 casibus ampliavit, & explicavit in peculiari quadam
 constitutione, Baruthi d. 18. Aug. 1717. promulgata,
 & ad intimos itemque Dicasterii Aulici Consiliarios
 missa, ex qua tantummodo, quid in extremis sit
 scriptum, excerpo: Und habt ihr diese unsre Berord-
 nung durch Ausschreiben an unsre Landes- Amts-
 haupt- auch Ober- Amtmannschafften / mit dem annexo
 fund zu machen / daß welche Amts- Personen mit Exi-
 girung mehrerer Gebühr / als vorstehet / sich vergehen /
 auch bey andern Vorfällenheiten / sie mögen Nahmen
 haben / wie sie wollen / die Sportuln vermessentlich er-
 höhen würden / dieselben unausbleiblich zugewar-
 ten haben sollen / daß sie von jedem Groschen unrecht-
 mäs

mäßig-erhobener Gebühr 1. fl. zur Straffe zuerlegen
angehalten/ auch nach Befinden gar ihrer Dienste ent-
setzet werden. Dieses ist unser ernster Wille/ 2c. Cum
in recensendis circa taxam constitutionibus
sim occupatus, eas in praesenti praeterire silentio no-
lo, quae Camerales dici merentur, Sammer-Tax-
Ordnung / siue Auslösungs-Patenta, in quibus prae-
finitum esse uidemus, quantum sumtuum singulis,
iisdemque non unius generis, ministris, qui in pro-
curandis Principis negotiis regionem peragrant, in
solidos dies Praefecti erogare debeant. Eiusmodi
constitutiones ediderunt Diuus CHRISTIANVS
ERNESTVS, d. 1. Maii 1675. & d. 16. Martii 1703.
itemque Serenissimus noster Priiceps ac
Dominus, Dominus GEORGIVS GVILIEL-
MVS, eo ipso anno, quo fasces imperii capeffuit,
nimirum 1712. ipsis Kalendis Octobris. Verum ut
ad saepius laudatam de disciplina publica con-
stitutionem reuertar, a qua paullulum digressus
sum, eidem & annexam esse dixi constitutionem
circa incendia, germ. Feuer-Ordnung. Cui-
usmodi iam Diui CHRISTIANI aeuo 1651. prod-
iit, & postea a Diuo CHRISTIANO ERNE-
STO denuo edita & aucta, & in sex capita diuisa est,

G

in

in qua adminicula praescribuntur & media, quibus incendia in hac praesertim urbe aut caueri, aut si exorta sint, restingui debeant. Id facile apparet ex ipsa rubrica, quae huius est exempli: Reuidirte *Seit v-Ordnung/ aus andern zusammen getragen/ und auf die Stadt Bayreuth gerichtet/* An. MDCLXXII. Atque hic laudatissimus Princeps non satis habuit, unam circa incendia promulgasse constitutionem, sed cum hic loci uaria subinde existerent incendia, duas adhuc adiecit, d. 12. Febr. 1681. & d. 26. Iulii 1697. in quibus inter alia singulas domos & aedificia huius metropoleos lateribus esse contegendas imperauit. (bb) Nec huius loci commemorari non interest, ad pericula incendiorum facilius deuitanda, improuido & temerario usu herbae Nicotianae incensae, tum in aedificiis, tum in syluis, serio interdictum esse, per peculiarem constitutionem, quae lucem uidit publicam 1670. d. 30. Martii. Ex singulari quoque gratia idem Serenissimus atque indulgentissimus Pater patriae, CHRISTIANVS ERNESTVS, ciuitati Christian-Erlangae peculiarem circa disciplinam publicam dedit sanctionem.

(bb) Conser ipsam constitutionem circa curam disciplinae publicae tit. XXXI. p. 74. Hic & annotandum esse putavi, anno 1621. d. 16. Iunii (nonnulli habent d. 23. Iunii) urbem Baruthum cum templis & curia praeter 18. aedificia incendio deflagrasse, reliquis incendiis huius urbis silentio praetermissis, de quibus S. T. Dn. Io. Fikenlcherus, grauis-
simus Collegii noster Director, legi meretur in oratione, quam ante annos XLVI. de satis Baruthi habuit.

nem. Non enim tantum hanc urbem a se recens
conditam, & ab excelso suo nomine dictam, inter
primarias huius Principatus urbes retulit, eidemque
sextum ordine locum tribuit: sed eandem etiam pe-
culiari rempublicam bene administrandi constitu-
tione donauit, quae in lingua Germanica aequae ac
Gallica conscripta prodiit, d. 11. Martii 1705. & emen-
data postmodum 1708. Reliquas constitutiones ac
leges, in gratiam urbis Christian-Erlangensis
publicatas, (cc) hunc in censum referri, hoc minus
necessarium duco, quo magis mihi constitutum est,
non tam speciales, quam generales Serenissimo-
rum Marggrafiorum Brandenburgicorum
Constitutiones, quae ad uniuersos Principatus
huius ciues attinent, recensere. Quod si tamen quis
leges & constitutiones illas, quae e re urbis Chri-
stian-Erlangae prodierunt, in numero habere
uelit, illam modo legat declarationem, quae in
utroque lingua & uernacula & Gallica concinnata
publicabatur Baruthi, d. 4. Maii 1711. sub hac rubri-
ca: Declaration, welche der Durchlauchtigste Fürst
und Herr / Herr Christian Ernst / Marggraf zu
Brandenburg / re. re. Dero neu-erbaut und zur sech-
sten

G 2

(cc) u. g. constitutionem illam, uel potius declarationem circa mer-
catum pecudum, singulis Mercurii diebus Christian-Erlangae habendum,
quae fiebat d. 20. Novembr. 1710.

sten Haupt-erhabenen Stadt **Christian - Erlang-**
 sub dato Bayreuth den 4. Maii 1711. gnädigst er-
 theilet / auch den 25. Augusti eiusd. anni zu ersagten
Christian - Erlang haben publiciren und zu jeder-
 manns Wissenschaft in öffentlichen Druck bringen
 lassen. Quam ipsam declarationem optimus Princeps
 finalem, fundamentalem, perpetuam &
 irreuocabilem legem urbis Christian - Erlan-
 gensis dicitat. At uero ne hisce legibus ac constitu-
 tionibus aequo diutius immorari uidear, ad alias pro
 instituti ratione mihi progrediendum est, & quidem
 ad illam constitutionem, quae circa NOXAS
 capitales, itemque circa supplicia est occupa-
 ta, Germ. die peinliche Hals - Gerichts - Ordnung/
 quaeue profecto non nudius tertius, sed iam ab ali-
 quot retro saeculis in rem publicam nostram intro-
 duci coepit. Etenim Serenissimi duo fratres
GEORIVS & CASIMIRVS, Marggrafi
 Brandenburgici, eandem ab Imperatore Au-
 gusto, **CAROLO V.** acceperunt, acceptamque ciui-
 bus suis subditis 1516. die Lunae post praesentatio-
 nis Mariae promulgarunt. Typis uero expressa est
 eodem anno per **Iobst Gutknecht**, Typogra-
 phum Noricum. Deinceps post longam temporis
 intercapedinem auspiciis Serenissimi Marggra-
 fi,

fi, GEORII FRIDERICI, qui utrumque in Fran-
conia Marchionatum tenuit, reuifa recudebatur, Cu-
riae Variscorum per Matthaeum Pfeilschmidt,
1582. Denique Diuus Marggrafius, CHRISTIA-
NVS ERNESTVS, Princeps optimus, & laudes no-
stras omnes longe superans, eandem pariter reuidi &
denuo excudi uoluit 1704. per Io. Loberum, Aulae
Cancellariaeque Typographum, cum hac inscriptio-
ne: reformirte Brandenburg. Peinliche Hals-Ger-
ichts-Ordnung / welcher massen in des Durch-
lauchtigsten Fürsten und Herrn / Herrn Christian
Ernsten / Marggrafens zu Brandenburg ꝛ. ꝛ. Uns-
ers gnädigsten Fürsten und Herrn Landen und Für-
stenthum / in peinlichen Sachen einzuziehen / zu fra-
gen / zu richten / zu straffen und zu vollfahren ꝛ. Wie
solche ehemahls von Dero in Gott ruhenden Herrn
Vettern / dem Durchlauchtigsten Fürsten und Herrn/
Herrn Georg Friederichen / Marggrafen zu Bran-
denburg ꝛ. ꝛ. publiciret worden / jetzt wiederum aufs
neue übersehen / und mit Sr. Hoch-Fürstl. Durchl.
sonderbahrem Priuilegio verfertiget. Ab hac circa res
criminales constitutione deueniendum est ad
illas constitutiones, quae ad iudicium Caesareo-
Prouinciale (Kays. Land-Gericht) itemque
ad iudicium principale aulicum supremum

(Fürstliche Ober- Hof- Gericht) nec non ad Dicasterium Aulicum in Montanis (Hof- Gericht aufm Gebürge) & alia iudicia rite obeunda Serenissimis Marggrafiis Brandenburgicis sunt datae. Ac Constitutio quidem circa iudicium Caesareo-Prouinciale, & circa iudicium Aulicum supremum obseruanda, auspiciis duorum Marggrafiorum Brandenburgicum, nimirum Diui GEORGII, qui Tutor, & ALBERTI, Iunioris, qui pupillus tum erat, publicabatur die Iouis post festum Iacobi 1539. Icum hoc titulo: **Brandenburg. Gerichts- Ordnung und Reformation des Burggrafthums zu Nürnberg Kaysers. Land- und Fürstl. Ober- Hof- Gerichts. Constitutionem** uero circa iudicium Aulicum in montanis solus ALBERTVS Iunior, f. Alcibiades & Bellator uulgo dictus, cum annos regimini aptos esset nactus, promulgauit Plassenburgi, die Saturni post Vldarici d. 7. Iulii 1543. excusam postea per Matthaeum Pfeilschmidt, nec non per Ioannem Petreium. Exemplum eiusmodi constitutionis, quod ego uidi, satis erat amplum, LXXI. articulis constans. Hisce circa iudicia superiora constitutionibus statim ob aliqualem materiae cognitionem

tionem adiungo nouam illam instructionem,
quam Serenissimus Princeps, Diuus CHRISTIANVS
ERNESTVS, suis Praefectis, Quaestoribus, & aliis
inferioris conditionis officialibus Ann. 1671. prae-
scripsit, eosdemque serio commonuit, ut officii sui
regionibus sese continerent, bonum publicum quo-
uis modo promouerent, & rem familiarem & prae-
dia Principis bona fide administrarent, omnesque la-
cunas explerent, item iura & regalia Principis ma-
scule tuerentur, & singulis annis dispensationis suae
rationem redderent, paucis, officio demandato rite
& illaesa conscientia fungerentur. Quae ipsa instru-
ctio e collegio Camerali cum singulis officialibus est
communicata, d. 15. Febr. anni modo dicti. (dd)
Cum paullo supra nonnihil mentionis sit factum de
Constitutione circa Taxam, quae sanctioni
circa disciplinam Politicam annexa, auspiciis Sere-
nissimi Marggraffi, CHRISTIANI ERNESTI,
uulgari coepit: hoc loco tacendum non est, consti-
tutionem quoque circa Taxam iam sub regimi-
ne Diui CHRISTIANI 1644. d. 22. Febr. esse pro-
mulgatam, non quidem pro personis iudicialibus,
qua-

(dd) *Titulus huius Constitutionis hic est: Neue Ambes Instruction,
wornach sich hinführo des Durchl. Fürsten und Herrn/ Herrn Christian
Ernstens/ Marggraffens zu Brandenburg, ic. ic. Beambte bis uff andere
weit Sr. Hoch- Fürstl. Durchl. gnädigste Verordnung reguliren und
gehen sollen.*

qualis est Diui CHRISTIANI ERNESTI, sed pro nonnullis opificibus, cursoribus & Tabellariis, item pro famulitio, (Ehehalten) & aliis quibusque operariis, Curiae per Io. Albertum Minzelium typis expressam. Postea eadem haec circa taxam constitutio Baruthi d. 31. Ian. 1652. reuidebatur, & Curiae iterum typis committebatur. Idem Princeps optimus, Diuus CHRISTIANVS d. 7. Ian. 1650. seu. rum mandatum edidit contra Dardanarios, Panto- polas, & omnes illos, qui iniquis fraudibus anno- nam flagellant, & frumentum, pecudes, & alia ad uictum necessaria, coemunt, & spe turpis lucri uel ex ipsa regione euehunt, ut multo maioris uendant. In quam annonae flagellationem & reliqui Marg- grafii Brandenburgici, ante & post Diuum CHRISTIANVM sunt inuecti, eandemque per pu- blicas leges amouere sunt connisi, e.g. duo Serenis- simi Fratres, GEORGIVS & CASIMIRVS, 1527. Dominica Exaudi, nec non Diuus Marggrafius GEORGIVS FRIDERICVS, per constitutionem Culmbaci datam d. 3. April. 1568. & iterata uice d. 5. Iunii 1596. Vestigia quoque aui sui, Diui CHRI- STIANI, legit Serenissimus Marggrafius, CHRISTIANVS ERNESTVS, qui Anno 1668. d. 9. Martii omnibus Dardanariis & annonae flagellatori- bus

bus edictum opposuit, & eapropter Mercatus publicos, qui in hac metropoli per annum, itemque per singulas hebdomadas fieri solent, & instauravit & confirmavit. (ee) Eiusmodi edictum repetiit, & de novo uulgari iussit, d. 13. Augusti 1694. Sic & Sere-
nissimus noster Princeps ac Dominus, Do-
minus GEORGIVS GVILIELMVS, ob pecudum
uenditionem, quae extra regionem fit, peculiarem
dixit constitutionem, eandemque d. 22. Iunii 1714.
diuulgavit. Idem ante ipsum iam fecerat Diuus
CHRISTIANVS ERNESTVS certis legibus, ad quas
pecudes & equi & emendi essent, & uendendi, & ipsa
euietio praestanda, publice praescriptis, Baruthi d.
10. Iunii 1711. Praeterea notum quoque est, a Sere-
nissimo nostro Principe ac Domino, Do-
mino GEORGIO GVILIELMO, cum in hac me-
tropoli, tum Georgiopoli, seu urbe noua, a se con-
dita, & ad lacum Brandenburgicum sita, novos in-
stitutos esse mercatus, in quibus & equi & aliae pe-
cudes statis temporibus uenderentur & emerentur.
Quam quidem in rem ad tres annos indulta est im-
munitas a uectigali, uti satis patet ex ipsa constitu-
tione, quae d. 21. Ian. 1715. typis publicis commissa
prodiit. Cum in nundinis & mercatibus publicis

H

(ee) Vid. Constitut. circa discipl. publ. tit. XXXIII. p. 75. in gemeiner
Stadt Bayreuth von Alters her gebrachte Stadt-Regiment / Gebrauch
und Gewohnheiten / C. XIII. von der Markt-Gerechtigkeit.

uersemur, iure meritoque commemorandum pariter & laudandum est salutare illud **Diui CHRISTIANI ERNESTI** institutum, quo nundinas, ipsis diebus Dominicis alias haberi solitas, in dies transtulit profestos, sanctionibus eapropter editis, annis 1673. & 1708. (ff) Quinimo sanctio eiusmodi uere sancta, & Principe Christiano dignissima, iam 1672. coepit, ut liquet ex uerbis, constitutione circa custodiam disciplinae publicae, Artic. XXXIII. contentis, quae, cum pietatis sensum & spirent & excitent, merito repetenda, & huic orationi inferenda esse reor: Weil die Jahr-Märkte in denen Städten / und Markt-Plätzen gemeiniglich diese Zeit hero / uff denen Sonntagen gehalten / und dabey verspühret worden / daß dadurch dem Gottesdienste ein mercklicher Abbruch geschehe / indeme die Kirchen nicht mit solchem Ernste und Anzahl besuchet / absonderlich aber die Besperz

(ff) *Salutare eiusmodi institutum suo iam aeuo suavit & urfit B. CHRISTOPHORVS ALTHOEFERVS, S.S. Theolog. D. & Superint. General. in Epistola quadam, tempore Electoralis pariter ac Principalis tutelae, 1659. d. 9. Nou. ad Consiliarios supremæ in hac urbe curiae cordate satis perscripta, quae profecto lucernam olet, & lectus est dignissima, e qua praeter cetera haec tantummodo uerba excerpam licet: So viel in specie die Sonntägliche Jahr-Märkte betrifft / sind solche nichts anders / als eine öffentliche / wissentliche und beharrliche Ubertretung des dritten Gebots / und ungezweiffelte starcke Entheiligung des Christl. Sabbaths / dem heiligen Worte Gottes schnur stracks zu wider / als in welchem zum theuersten auch nur die gewinnsüchtige Kauff- und Verkaufungs-Geschäften / die man auf dem Sabbath hat / ob gleich keine wirkliche Krämerrey daran getrieben wird / für eine solche Sünde gehalten wird / die Gott ernstlich zu straffen bedrohet / wie davon im Propheten Amos am 8. Cap. v. 5. ein mehrers zulesen.*

sper: Predigten versäumet werden / und die Pfarrer
 den ledigen Stühlen predigen müssen / welches Göt-
 tes Gebot zu wider / indeme der Sabbath entheiligt
 wird / dagegen bey der Krämeren zu Zeiten liederliches
 Schwenen vorgehet / das zum öfftern mit unterlauffen-
 de Sauffen und Spielen zugeschwigen / wodurch aber
 Gottes Zorn und Straff erwecket / auch über Unser
 Land und Fürstenthum ein Unseegen geführt wird:
 Als sind wir verursacht worden / durch ein gemeines
 Ausschreiben solches abzuschaffen / auch besorgende
 unfehlbare Straffen von Uns / Unserm Fürstenthum/
 und Unterthanen abzuwenden. Befehlen demnach/
 daß fñhrohin / die uff denen Sonntagen in Unseren
 Städten und Flecken gehaltene Jahr: Märckte auf den
 Mitwochen hernach / wie oben im ersten Articul schon
 angeführet / verlegt werden sollen. Wir wollen auch
 über dieser Unserer gethanen Verordnung steiff und fe-
 ste gehalten haben / und do jemand aus Verwegenheit
 darwider handeln / und auf den Sonntag eine Kram-
 Bude aufschlagen / seine Wahren auslegen / und öffent-
 lich feil haben würde / soll er das erstemahl mit 10. fl.
 das andere mahl aber mit Abnahm und Confiscirung
 seiner Waaren gestraffet werden. Und ob wir nun
 wohl dergleichen Verordnung auch wegen der uff die
 in der Wochen einfallende Fest: Tage gesetzten Jahr-
 Märkten / ergehen zulassen / bedacht gewesen / dem-
 nach aber einige Wochen: Feste auf keine gewisse Tage
 verordnet / als wollen Wir zwar solche Jahr: Märckte

H 2

uff



uff den Ihnen angesetzten Tagen gelassen / jedoch dabey
sowohl die Krämere / als Käuffere ernstlich vermahn-
net haben / daß sie den Gottesdienst auf solchen Fest-
Tagen nicht ganz ausser Acht lassen / sondern dabey
Gottes Wort anhören / und von demselben Segen
über ihrem Handel und Wandel erbitten. At dolen-

dum oppido est, has ipsas sanctiones, iugi obserua-
tione dignas, paullo post obitum **Diui CHRISTIA-
NI ERNESTI** in hac praesertim metropoli obsoletas
esse factas, ita, ut nundinae solemnes plerumque
diebus Dominicis denuo non sine scandalo, & pro-
fanatione diuini nominis habeantur. Atque adeo
hae ipsae leges & constitutiones salutare de merca-
tibus, die Dominico non habendis, expertae sunt
id, quod prudenter satis pronunciauit **Diuus Im-
perator Iustinianus** :

ἐδὲν σχεδὸν τῶν ἐπὶ τοῖς γῆς ἐπὶ ταῦτ' μένει,
ῥέει ἢ φύσις εἰς πολλὰς καὶ ἀμυχάνους ἐξελισσόμενη τροπὰς, αἷ ἐδὲ προεσθῆναι ῥάδιον,
ἐδὲ προειπεῖν, i. e. nihil fere horum, quae in terra sunt, in
eodem manet, fluit natura, multas easdemque gra-
ues euoluens mutationes, quas neque praecuidere
facile est, neque praedicere. (gg) A nundinis ad
Decimas deuoluor, in quas cum Principibus sum-
mum maneat ius atque imperium, **Diuus CHRI-
STIANVS ERNESTVS** certum de Decimis edi-
ctum d. 22. Iunii 1666. publicauit, & tribus post an-
nis,

(gg) In Nov. LXIX. c. fin. §. 1.

nis, nimirum 1669. d. 4. Iulii plenam quandam in-
structionem & constitutionem, qua Prae-
fecti in aestimandis, colligendis, & elocandis deci-
mis, tam maioribus, quam minoribus, teneren-
tur. (hh) Accum Reipublicae multum interfit, uias
publicas a latronibus praedonibusque esse securas,
nec ciues a mendicis robustis, Cingaris, aliisque ho-
minibus otiosis, & hinc inde palantibus infestari :
boni quique Principes in eam semper incubuerunt
curam, ut eiusmodi homines perniciosi coercerentur,
aut e republica plane tollerentur, adeoque ui-
tiorum radices extirparentur. In tales mendicos suo
iam aeuo **Carolus M.** seueram diuulgauit consti-
tutionem, quae huius est exempli : *Mendici per re-
giones uagari non permittuntur : suos pauperes quaeque ciui-
tas alito : illis, nisi manibus operentur, nullus quicquam da-
to : mangones, uagabundi & moriones, qui imposturis ho-
mines ludunt, coercentur : facinorosus oculum pro prima cul-
pa perdit, culpam iterans naso truncator, tertio deprehensus
capitalem poenam luito.* (ii) Cingaros quoque, qui sen-

H 3

tina

(hh) Rubrica germanica haec est : Instruction und Ordnung / wor-
nach sich Unser von Gottes Gnaden / **Christian Ernsts** / Marggrafens
zu Brandenburg etc. Beampte in selbst Aussehl : Einsamml : und sothaner
Verleihung unsrer Behenden zu verhalten. *Scriptum sane est rarissimum,
quod mecum communicauit Collector antiquitatum patriae, & alio-
rum huiusmodi rerum studiosissimus, S. T. Dn. Io. WILHELMVS SCHOEFF-
TIVS, Sereniss. a Consiliis, itemque sanctioris tabularii Praefectus, cuius
humanitati & beneuolentiae me in huius orationis argumento quam
plurima debere haud diffiteor.*

(ii) Vid. Philipp. Camerarius Hor. subcis. Cent. II. c. LXXIV. de mendicis;

tina sunt hominum, uariis ex nationibus collecto-
rum, quique ex furtis, rapinis, mendicationibus,
itemque chiromantica diuinatione & aliis malis ar-
tibus uiuunt, e Republica Romano-Germanica tan-
quam proditores & exploratores esse eliminandos,
& de iisdem poenas sumendas, e diuersis imperii
Recessibus abunde constat. Breuitatis studiosus tan-
tum produco constitutionem & reformatio-
nem disciplinae publicae, auspiciis Caroli V.
in comitiis Augustanis 1548. publici iuris factam, in
qua Diui Imperatoris inter alia iustum hoc in Cin-
garos est decretum: Derjenigen halben / so sich Zie-
geuner nennen / und hin und wieder in den Landen zie-
hen / gebieten Wir allen Chur-Fürsten / Fürsten und
Ständen / bey den Pflichten / damit Sie dem Heil.
Reich verwandt / ernstlich / und wollen / daß Sie hin-
führo dieselben Ziegeuner (nachdem man glaublich An-
zeigen hat / daß sie Erfahrer / Verräther und Ausspe-
her seyn / und die Christen-Land dem Türcken und an-
dern der Christenheit Feinden verkundschaften) in und
durch ihr Land nicht ziehen / handeln noch wandeln
lassen / noch ihnen des Sicherheit und Geleit geben/
meynen und wollen Wir auch / daß sich die Ziegeuner
des nechsten aus den Landen Teutscher Nation thun/
sich der entäussern / und darinnen nicht finden lassen/
dann wo sie betretten / und jemandes mit der That ge-
gen

*leprosis & uera paupertate. Conf. Georg. Schoenbornerus, Polit. L. III. c. XV.
de mendicantium importunitate cohibenda.*

gen ihnen handeln/ oder fürnehmen würde/ der soll dar-
an nicht gefrevelt/ noch unrecht gethan haben. (kk)
Id quod & alia in praedones, mendicos ualentes, in
cingaros & alios homines nequam & otiosos decre-
ta Imperatorum & S. R. I. Serenissimi nostri
Marggraffii Brandenburgici nullo non tempo-
re sancte obseruatum iuerunt. Etenim tricennalis
belli tempore, cum hae regiones ab eiusmodi extre-
mae malitiae hominibus impetitae maxime uexa-
rentur, **Diuus CHRISTIANVS** in eosdem consti-
tutiones edidit longe seuerissimas, & quidem e Plas-
senburgo 1628. praesertim uero 1632. d. 27. Febr. &
e Barutho d. 16. Maii 1646. Cumque haec nefan-
da hominum colluies uel post pacem publicam, in
Germania instauratam, separatis subinde tempori-
bus ingrauesceret, & patriae nostrae multum in-
commodi & damni inferret: **Serenissimi nostri**
Marggraffii, tanquam prouidi patriae Patres, ad
exemplum sacrae Caesaris maiestatis & circuli Fran-
conici, imo & ex suo motu, perniciosum istud ho-
minum genus uariis iisdemque acerrimis edictis coer-
cere, & ex suis exterminare finibus laborarunt. Cer-
te **Diuus CHRISTIANVS**, qui & belli expertus est
cala-

(kk) Vid. Des 3. Röm. Reichs Abschied p. 468. r. XXVII. conf. p. 258.
t. XXXV. edit. Mogunt. De Cingarorum origine legi merentur Auentinus
Annal. Boi. L. VII. in fine; it. Philipp. Camerarius. hor. subcis. C. l. c. XVII
de Cingar. Conf. Ahasueri Fritschii, discurs. de cingaris non ferendis;
Iac. Thomafii, disp. de Cingar.



Calamitates, & pacis uidit halcyonia, 1652. admodum feueram in otiosos, uagabundos, & de latrociniiis furtisque suspectos homines typis uulgari iussit ordinationem, quam ipsemet legi, duabus constantem plagulis, huius quidem rubricae: **Des Durchlauchtigen Hochgebohrnen Fürsten und Herrn / Herrn CHRISTIANI, Marggrafens zu Brandenburg / zu Magdeburg / in Preussen / zu Stettin / Pommern / der Cassuben und Wenden / wie auch in Schlesien / zu Grossen und Jägerndorff ꝛ. Herzogen / Burggrafen zu Nürnberg / und Fürsten zu Halberstadt und Minden / ꝛ. Ausgelassenes ernstliches Mandat und Verordnung / die in Ihrer Fürstl. Gnaden Land- und Herrschafft / jeziger Zeit eingerissene Raub- und Placqueren betrefsende / wie solchem Unheil mit allem Ernst gesteuert / und die Deliquenten zu gebührender Straffe gezogen werden sollen.** Hof / durch den Fürstl. Brandenburg. bestallten Buchdrucker / Joh. Albrecht Mitzeln / gedruckt im Jahr 1652. Deinde, ut recentiora tantum repetamus tempora, intra uiginti annorum spatium, sub regimine nimirum **Domini CHRISTIANI ERNESTI, & Domini GEORGII GVILIELMI**, tot edicta in eiusmodi carcinomata, in omnem audaciam proiecta, exierunt, quot fere anni sunt elapsi. Namque publicae in hos homines nauci, & nescio quo consensionis globo coeuntes, habentur leges & constitutiones, dictae d. ^{5. Maii} _{25. April.} 1699. d. ^{26.} _{16.} Maii. 1699. d. 16. Iunii 1699. d. 9. Martii 1703. d. 25. Sept. 1706. d. 19.

d. 19. Decembr. 1709. d. 30. Sept. 1710. d. 15. Dec.
 1710. d. 4. Maii 1711. d. 1. Dec. 1712. d. 15. Sept. 1713.
 d. 6. Ian. 1714. d. 12. Nou. 1714. d. 13. Maii 1718.
 d. 5. Iun. 1719. Inprimis constitutio 1714. d. 6. Ian.
 auctoritate circuli Franconici facta, notatu est digna,
 in qua adeo seuerè in Cingaros est statutum, ut in
 Franconiae orientalis regionibus deprehensi, capita-
 li poena afficerentur. Qua quidem tempestate tur-
 bida minusue tuta **Serenissimus noster Prin-**
ceps ac Dominus, Dominus GEORGIUS
GVILIELMVS eo commotus est, ut nouam quan-
 dam constitutionem circa mendicos, item-
 que homines otiosos & uagabundos d. 1. Oct. 1716.
 publicari iusserit, sub hoc rubro: **Sürstl. Branden-**
burg = Culmbachische Verordnung / wegen des
In- und Ausländischen Bettel = Volcks / dann andern
Herren = losen / müßig = gehend = und dem Lande be-
schwerlich = fallenden Gesindels. Haec ipsa constitu-
 tio, quam diligentissime conscripta, constat quinque
 & uiginti Articulis, & digna sane est, ut summas
 eiusdem hic attingam. Finis primarius totius con-
 stitutionis eo spectat, ut omnis mendicatio, quae
 ostiatim fieri solebat, in uniuerso Burggrafiato No-
 rico superiori abrogetur, atque adeo furtis, rapinis,
 caedibus, uiolentisque irruptionibus obex ponatur.
 Id ut obtineatur, seuerè est praeceptum, ut homines
 peregrini, iidemque suspecti, probe examinentur, &
 men-



mendici quivis alienigenae a nostris finibus, dato subinde viatico, arceantur; ad subleuandam uero indigenarum mendicorum egestatem certae Eleemosynae in singulis urbibus & oppidis & pagis pro cuiusque conditione ac facultate, statis temporibus & contribuantur, & colligantur, & collectae uere pauperibus secundum proportionem Geometricam erogentur. Atque hoc modo nunc ubique fere publica pro mendicis habentur aeraria. (11) Quemadmodum uero huius ui constitutionis Cingari, tanquam homines perniciosissimi in his regionibus plane non sunt tolerandi, sed extirpandi & funditus delendi: ita ne numerus pauperum indigenarum nimis excre scat, admodum salutare & necessariae cautiones sunt praescriptae. Nimirum cuius in Republica degenti impietate, luxu & superbia, turpique otio interdicitur, ii quoque coniugio excluduntur, & iure ciuitatis, qui docere nequeunt, qua ratione se suosque alere uelint & possint. Deinceps bona liberorum educatio etiam atque etiam inculcatur, & parentes, aut ii, qui parentum loco sunt, serio comonentur, ne suos ad id uitae genus eligendum adigant, ad quod a natura sunt inepti, & ad quod rite persequendum necessaria adminicula non suppetunt. Etenim huiusmodi homines, qui inuita minerva,

seu

(11) Hic non ab re notamus, hoc anno nimirum 1720. mense Aprilis, Eberhardum Schmausum, Typographiae Studiosum, in ipso aetatis flore defunctum, paullo ante obitum 500. florenos Franconicos ad aerarium publicum pro mendicis indigenis huius urbis legasse,

seu repugnante natura, ad aliquod studium amplectendum sunt coacti, reipublicae parum, imo nihil prorsus profuisse, experientia, omnium rerum minime fallax magistra, infinitis iam uicibus comprobauit. Vtinam id obseruarent omnes illi, qui litterarum studio sacramentum dicunt, & tamen ad idem minus sunt apti, quam asinus ad lyram. Quare constitutio laudata in eiusmodi studia praeposteram & coacta merito inuehitur, & recte monet, ut ii, qui ad litterarum studia haud sunt idonei, e scholis mature dimittantur, & ad aliud studium, uitaeque genus eligendum commonefiant. Ac cum ex ipso fonte aquae soleant dulcius bibi, & cum lege loqui nemini sit erubescendum; temperare mihi non possum, quin uerba ipsius constitutionis authentica in studiosae iuuentutis gratiam adducam, quae huius sunt typi: Weil viele / welche weder die nöthige Mittel / noch das behörige Ingenium, noch sonst erforderliche Qualitäten haben / die studia ergreifen / nicht in der Meinung / wie sie Gott und ihrem Nächsten damit dienen mögen / sondern nur gute Tage zu haben / und sich durch ihres Nächsten sauren Schweiß hin zu bringen / wodurch dann geschiehet / daß sie hernachmahls zu nichts tüchtig / sich selbst und ihrem Nächsten eine Last werden: So wollen Wir / daß junge Leute zu Ergreifung einer gewissen Profession an- und in denen Schulen ein Unterscheid gehalten / und diejenige / so zum studiren aus ob- angeführten Ursachen



chen nicht tüchtig / so bald sie in ihrem Christenthum
 nothdürfftig unterrichtet / des Lesen / Schreiben und
 rechnens kundig / aus der Schul geschaffet / und der-
 selben Eltern oder Vormündere ihre Kinder / oder
 Pflegs-Anbefohlene nach Befinden zu Bauern-Arbeit/
 Erlernung einer Kunst/ Handwercks oder andern Hand-
 thierung / wozu sie geschickt / und womit sie sich ehrlich
 nehren können / anzuhalten / vermahnet werden sollen.
 Denique haec ipsa Constitutio salutariter praescribit,
 quomodo iis, qui aut incendiis, aut inundatione
 aquarum, aut alia calamitate ad incitas redacti, aut
 ad aedes sacras & alia aedificia publica extruenda,
 nostra indigent ope, siue ex finitimis prouinciis ad
 nos accesserint, siue nobiscum habitent, succurri,
 illorumque inopia liberalitate & eleemosynis nostris
 leuari queat. Reliqua in hac constitutione publica
 salutariter monita praeteruectus, id unum hoc loco
 commemorare debeo, haud ita pridem a totius in-
 cluti Circuli Franconici ordinibus seuerum admo-
 dum edictum in Cingaros & alios eiusmodi homi-
 nes uagantes, & otiosos mendicos esse promulga-
 tum, in quo pleraque, quae Serenissimi nostri
 Principis Constitutio circa mendicos habet,
 repetuntur, denuo inculcantur, & consensu quodam
 communi approbantur. Quod quidem edictum
 Circuli Franconici typis impressum prodiit Norim-
 bergae d. 28. Iunii huius anni. (mm)

leges

(mm) Inscriptio haec est: Poenal-Patent wider das Diebs-Kay-

leges & constitutiones ciuiles **Serenissimorum
Marggrafiorum Brandenburgicorum** debe-
rem pergere, quas rudi pariter orationis praesentis
penicillo depingere, animum induxeram: At enim
uero cum ob materiae amplitudinem haec oratio
praeter omnem meam opinionem creuerit, ne pa-
tientia uestra, **Patres conscripti, ceterique
Auditores O. O. A. D. L. S.** abuti uidear, in prae-
senti finem dicendi facere paro, reliquas, quae mihi
in promptu sunt, **Serenissimorum nostrorum
Principum leges ac Constitutiones**, easdem-
que iuris publici factas, alii, si **DEVS** dederit, tem-
pori reseruaturus. Atque adeo nihil iam superest,
quam ut ad **DEVM**, bonarum legum Auctorem,
omniumque rerum Parentem conuertar, eidemque
pro festi, quod recolimus, solemnitate, pro infinitis
suis beneficiis, cum in uniuersam nostram patriam,
tum eximie in hanc illustrem Musarum sedem, nun-
quam non collatis, publicas easque humilimas gra-
tias agam. Ecquem enim nostrum fugit, hunc ipsum
diem esse longe exoptatissimum, quo ante annos sex
& quinquaginta non sine Diuini Numinis auspiciis
Serenissimus olim, nunc Diuus CHRISTIA-

I 3

NVS

*berisch: Zigeuner: Jaunerisch Herren: loses und anderes Bettel: Gesind;
Consimile edictum paullo ante ediderunt Circuli Sueuici ordines, Augu-
stae Vindelicorum d. 6. Maii 1720. Reliqua, quae circa constitutionem
de mendicis prodierunt, alio tempore erunt recensenda,*



NVS ERNESTVS, Marggrafius Brandenbur-
 gicus, Pater patriae, dum uiueret, indulgentissi-
 mus, hoc musarum domicilium ipso suo natali pri-
 mo & uigesimo excitauit, & magno cum caerimo-
 niarum apparatu inaugurauit. Ipse hic Princeps,
 ut litterarum studiis imbutus & eruditionis laude
 maxime conspicuus erat: sic litteras & Litteratos
 permagni fecit, & ut huius in litteras togaeque stu-
 dia amoris & indulgentiae testatior esset memoria:
 suasu excellentissimi CASPARIS a LILIEN, quo
 perinde usus est, atque Achilles suo Chirone, illustre
 hoc collegium fundauit, fundatum perliberaliter do-
 tauit, dotatum, quoad in uiuis erat, quam munifi-
 centissime conseruauit. Merito igitur hicce dies pia
 semper recolendus est memoria, gratiaeque sole-
 mnes DEO, tanquam bonarum artium Auctori & Sta-
 tori, decernendae pariter atque agenda. Adeste uos
 Musae, exultate, quaeso, & ingeminatis laetamini
 plausibus, & diuinae beneficentiae magnitudinem
 piis renouate animis, & gratae mentis monimen-
 tum publice mecum constituite, in quod, uelut am-
 plicati litterarum honoris & cumulatae benignita-
 tis exemplar, posterius nostri intueantur. Adeste, qua-
 so, uos musae, mihi multo carissimae, in certamen
 obsequii uenite, & beatissimos Conditoris ac Prin-
 cipis Diui manes mecum pie exosculamini, & istius
 colite cineres, qui nobis hanc fixit sedem, & haec
 otia

otia nobis fecit. Dicam paucis, quod sentio. Ad-
miremur, & aeternitati consecremus **Diui CHRIS-**
TIANI ERNESTI uirtutes & merita, quae in Ec-
clesiam, in uniuersam patriam, & in hanc studiorum
altricem extare uoluit. Extollamus eius pietatem,
quam non ipse solum per omnem uitam excoluit,
sed ad eandem etiam pari Zelo excolendam, omnes
suos ciues legibus ac Constitutionibus sacris adstrin-
xit. Certe cum huius Musarum sedis fundamenta
iaceret, pie sanxit, ut non disciplinarum tantum,
linguarum & artium, uerum etiam uerae pietatis
elementa, quanta fieri posset fide ac contentione,
traderentur. Laudibus prosequamur eius iustitiam,
cuius quamplurima documenta ipse, tanquam Fran-
corum Numa, & felicissimus legum sanctor, emen-
dator & instaurator, patriae nostrae reliquit. Con-
celebremus insignem eius clementiam & muni-
ficentiam, qua ut omnes promiscue ciues suos, sic
& nos, qui litteris nauamus operam, quoad agebat
inter homines, impertiit. Ecquis uero nostrum sin-
gulas eius uirtutes satis admirabitur, & breui hoc ora-
tionis ambitu coarctabit, quae tot sunt, tantique
momenti, ut singulae singulas orationes mererentur,
& suo quodam iure postularent. Profecto sancta
Diui CHRISTIANI ERNESTI memoria nulla tem-
porum iniuria delebitur, & apud nos usquequaque
uige-

uigebit, dum patriae flos, & suus bonis litteris ho-
 nos dignitasque constabit. Tantum tamen abest, ut
 ingratorum crimine nos alligemus, & hoc loco reli-
 quos **Marggrafios Brandenburgicos** silentio
 prætereamus, ut potius eosdem consimili admiremur
 pietate, eorumque uirtutes, salutare leges & constitu-
 tiones, & cetera in patriam merita, immortalī glo-
 ria diuinis laudibus quam dignissima esse censea-
 mus, propterea quod inter ipsos nullus adhuc reper-
 tus est litterarum hostis, nullus libertatis euersor, nul-
 lus contemtor legum, & Constitutionum publica-
 rum, quibus Franconia nostra continetur. Potius
 dandis cumulandisque beneficiis certarunt, & uel
 difficilimis nati temporibus, plura, quam speraba-
 tur, maiora, quam cogitabatur, perfecerunt. In-
 primis TIBI, qui adhuc uiuus es, atque auspicio &
 imperio nos regis TVO, Serenissime Princeps
 ac Domine, Domine **GEORGI GVILL-
 ELME**, Pater Patriae optime, hodie publi-
 cas, easdemque multo cumulatissimas, gratias debe-
 mus. TV post fata pii Tui Parentis, **CHRISTIANI
 ERNESTI**, musas nostras, praesidio orbas, esse no-
 luisti, neque a paternae munificentiae curriculo de-
 flexisti, sed pari cum Diuo Parente nos complexus
 gratia, litterarum dignitatem amplificasti, imo tot
 tantisque nos adhuc cumulaisti beneficiis, ut TE,
 tanquam indulgentissimum nostrum Patrem ac
 nutri-

nutritorem merito ueneremur, & in singulos subinde dies pro tua salute atque incolumitate uota deuotam nuncupemus. Id quod pietatis grataeque mentis munus, ego Admiratorum TVI humilimus, publico nunc exequor nomine, DEVMque omnium Regum ac Principum statorem, religiose obtestor, ut TE saluum ac sospitem nobis quam diutissime seruet, & de nostris annis annos augeat Tuos, & TE omnium, quae Principes boni expetere possunt, bonorum copia cumulatam, in uera & stabili felicitatis possessione confirmet, & tandem aliquando post tot omnium ac singulorum ciuium uota ac desideria, TE Patrem filii heredis faciat, in quo, tanquam Altante, & successore TVI similimo, uniuersa, quam patria habebit, posteritas, & haec Musarum officina inniti, tutoque conuiuere queat! Seruet DEVS & sospitet Tecum lectissimam Tuam Coniugem, Serenissimam SOPHIAM, Principem piam & optimam, eandemque, quod etiam atque etiam precor, matrem patriae, ut nomine sic omine reddat, id est, prole mascula eaque uiuaci foecundet, quae in lucem edita uiuat, & in spem uniuersae patriae succrescat, temporumque uicissitudini & iniuriis olim resistat! Seruet DEVS & sospitet, Serenissime Princeps, filiam Tuam unicam, CHRISTIANAM SOPHIAM GVILELMINAM, Principem iuuentutis, similimam matris, i.e. pietate ceterisque uirtutibus, filia Principe dignis,

K

flore-



florentissimam ! Seruet & sospitet DEVS immorta-
 lis totam , eamque Augustam , **Domum Bran-**
denburgicam fartam tectamque , & ab omni tem-
 porum discrimine , fortunaeque impetu , immunem ,
 ut continenter floreat , & sempiterno gloriae cursu
 gaudeat , & maioribus subinde potentiae & dignita-
 tis incrementis augeatur , imitans aquilas , quae ex-
 plicatis alis sublimes feruntur , & quo uehementius
 se agitant , hoc magis uires colligunt , & altius uo-
 lant , solemque ipsum , radiis oculorum aciem non
 perstringentibus , intuentur . Seruet & sospitet DEVS ,
 summus ille rerum effector , omnes ac singulos **Rei-**
publicae Proceres , & Patres conscriptos ,
 qui patriae rebus consulunt , bonas leges & constitu-
 tiones conseruare student , & bonis artibus ac studiis
 fauent , eademque suo patrocinio adiuuant . Seruet & sospitet
 DEVS Directorem nostri Collegii grauissimum , eiusque uene-
 randam senectutem , quae iam duos & octoginta habet annos ,
 fulciat , & redintegratis uiribus corroboret ac refocillet ! Seruet
 & sospitet DEVS hanc pietatis & bonarum artium palaestram ,
 aduersus quosuis casus inconcussam , & a contagione malorum
 expiatam ! Seruet in ea DEVS cunctos tam docentes , quam di-
 scentes , & faxit pro immensa sua benignitate , ut & in posterum
 ex hoc Musarum domicilio , tanquam ex equo Troiano ii prod-
 eant , qui & Ecclesiae & reipublicae commodis utilitatique
 seruire possint ! Seruet & sospitet DEVS uniuersam , qua patet ,
 patriam , eandemque contra ancipites & dubias rerum uices
 muniat , & firmissimis semper praesidiis defendat
 ac tueatur !

D I X I.

PRO-



PROGRAMMA AD ORATIONEM
DE
LEGIBVS AC CONSTITVTIONIBVS
BRANDENBVRGICIS.

Leges ac constitutiones fanciendi morem longe esse antiquissimum, idoneis rationum momentis perfacile potest comprobari. Etenim si in earum originem paullo curatius inquiramus, eandem ab ipso DEO T. O. M. esse arcessendam, inficiandum oppido non est. In suae enim iustitiae & sanctitatis diuinæ argumentum, Protoplastos nostros legum expertes esse noluit, quorum praecordiis non opus solum legis, seu notitiam ueri, iusti & boni inscripsit, sed iisdem etiam expressam quandam legem de fructu arboris, in medio Paradisi plantatae, non comedendo dedit. Qua quidem lege primis Parentibus nostris non seruata, factum proh dolor! est, ut cum ipsi & omnes eorum posterī peccati lahe inficerentur, tum nouis subinde legibus indigerent, quo peccati atrocitatem agnoscerent, affectus quosque prauos sub gyrum rectae rationis ducerent, & in omni uita pietati, iustitiae & sanctitati tota mente omnique animi impetu studerent. Id ut homines, quoad eius in hac uitiorum colluue fieri potest, efficerent, sanctissimus pariter ac iustissimus DEVS nihil in se desiderari passus, Moſen, primum facile inter homines legislatorem, misit, eundemque uariis instruxit legibus, quas cum Ebraeorum gente communicaret, quasue litteris memoriaeque proditas, & Pentateucho contentas, adhuc hodie lectitamus. Atque adeo nihil prorsus impedit, quo minus DEVM ipsum legum ac constitutionum primum auctorem extitisse contendamus. Ipsi saniores gentiles album nobis adiiciunt calculum, uti inter alia ex legis descriptio-




ne, quam fecit Demosthenes, summus ille Atheniensium orator ac Demagogus, ad oculum patet. πᾶς ἐστὶ νόμος, inquit, ἔνρημα μὲν καὶ δῶρον θεῶν, δόγμα δὲ ἀνθρώπων φρονίμων, ἐπ' ἀνόρθωμα δὲ ἰῶν ἐκείσιν καὶ ἀκρίσιν ἀμαρτημάτων, πόλει δὲ συνθήκη κοινὴ, καὶ ἦν πᾶσι προσήκει ζῆν τοῖς ἐν πόλει. Vt uero diuinis: sic & humanis legibus nulla unquam aetas caruit. Moratioris quaeque gentes, societate iunctae, ex afflatu quodam diuino non tantum respublicas condiderunt, uerum etiam iisdem de salutaribus subinde legibus prospexerunt, & omnes illos miseros & agrestes censuerunt, quibus sine legibus uiuere uolupte esset. Ad liquidum enim perductum est, leges esse & animum ac spiritum ciuitatis, & una cum ipsius ciuitatis primordiis coepisse. § 11. *inst. de rer. diuis.* Quodsi annales priscarum gentium, inprimis Graecorum euoluamus, suos quamque ciuitatem legumilatores habuisse constat, quibus id datum erat negotii, ut leges, Reipublicae perutiles, sancirent. Sic Zoroastrem Bactrianorum, Sesostrin & Amasin Aegyptiorum, Charondam Tyriorum, Minoa Cretensium, Zaleucum Locrensiū, Draconem & Solonem Atheniensium, Lycurgum & Agefilauum Spartanorum legislatores fuisse accepimus. Inprimis in magno apud Romanos habebatur numero Numa Pompilius, unus e septem Regibus, qui, Tacito teste, populum religionibus & iure deuinxit, &, ut legibus suis latis auctoritatem conciliaret & pondus, nocturnos cum Dea Aegeria conuentus simulauit, idque ad exemplum Minois, qui nouem annos in antro Iouis discipulum se fuisse, atque inde ferendarum legum artem addidicisse comminiscetur. Vid. Cl. Boecleri disert. de auspicio regio. Hoc tamen nihil impediēte, dicendum omnino est, non paucos Romanorum leges ex Draconis & Solonis, aliorumque sapientum Graecorum decretis & institutis esse collectas, & inde prono quasi alueo deriuatas, ut Pomponius Laetus, Fenestella, Solinus, Rituallus, Antonius Augustinus, pereruditus Tarraconensium Episcopus, & alii scite commonstrarunt. Ex immensa uero diffusaque, quas Romani habebant, legum copia, maxime celebrabantur illae leges, quas duodecim tabu-

tabularum libellus complectebatur, quarum summa capita Cicero, orator ille Romanorum, & consul, legum aequiue obseruantissimus, L. I. de orat. non sine multa istarum legum laude exponit. „Praepotens & gloriosa, inquit, Philosophia fontes „habet omnium disputationum suarum, qui iure civili & legibus continentur, quarum auctoritate nutuque docemur, do- „mitas habere libidines, coercere omnes cupiditates, nostra „tueri, ab alienis mentes, oculos, manus abstinere. Fre- „mant omnes licet, dicam quod sentio, bibliothecas meher- „cule omnium Philosophorum, unus mihi uidetur XII. Tabul- „libellus, si quis legum fontes & capita uiderit, & auctoritatis „pondere, & utilitatis ubertate superare. Atque ut Romano- „rum legibus perpetuus constaret uigor, eademque propugna- „cula otii, & muri tranquillitatis essent, sic dicti Censores sunt constituti, qui tum rerum aestimatores, tum νομοφύλακες seu le- „gum custodes & Conseruatores erant, dum facta & mores ho- „minum obseruabant, ad legesque reuocabant, ut loquitur Ci- „cero L. III. de Leg. Quam quidem in rem Alexander ab Alex- „andro, Libr. III. Genial. dier. c. 13. Lipsius in singulari libro de Censu & censura, Sigonius comment. in fastos & Triumph. Rom. Petrus Victorius Var. Lect. L. XV. c. 21. Barnab. Brissotius form. L. VI. & alii complures consuli merentur. Quod si uero ipsi saniores gentiles rempublicam suam uariis iisdemque salutaribus legibus, tanquam praesidiis, sepire laborarunt: multo magis id laudis Principibus, qui CHRISTO, salutis aeternae instauratori, dederunt nomen, tribuendum esse uerius arbitror, quam opinor. Nolo tamen in praesenti in amplissimum dicendi campum excurrere, & omnium ac singulorum Principum Christianorum leges & constitutiones recensere. Ad quod negotium exequendum nec uirium mearum imbecillitas, nec temporis, qua premor, angustia, nec ipsum chartae spatium suppeteret. Potius pro instituti ratione, & pro festi, quod nobis recolendum est, solemnitate, tantum de LEGIBVS ac CONSTITUTIONIBVS uerba sum facturus, quas SERENISSIMI nostri MARG-



GRAFII BRANDENBURGICI, tanquam Principes pietate insignes & iustitia, in SUPERIORI BYRGGRAFIATV NORICO, tum in rebus sacris tum ciuilibus promulgari & typis publicis excudi iusserunt. Cum enim ad proxime instantem diem XXVII. Iulii natalis LVII. illustris nostri Collegii CHRISTIAN - ERNESTINI celebrandus ueniat, istoque festo die ex sanctione & lege Diui sui Conditoris, Sere- nissimi quondam nostri Principis ac Domini, Domini CHRISTIA- NI ERNESTI, M. B. de rebus Brandenburgicis publice dicendum sit: Ego quidem istud, quod modo dixi, orationis argumen- tum eligere, idemque pro ingenii uiribus persequi nullus du- bitaui. Huius tamen loci memorari interest, ob materiae am- plitudinem non omnes & singulas Marggrafiorum Branden- burgicorum leges ac constitutiones promulgatas, lucique pu- blicae expositas, una eademque oratione recensitum iri, sed tot tantummodo, quot unius orationis complectitur ambitus, reliquis alii, si DEVS uoluerit, tempori reseruatis. Quamob- rem ritu maiorum PATRES REIP. CONSCRIPTOS, Maecenates ac Patronos nostros summopere uenerandos, ceterosque bona- rum artium & historiae patriae existimatores, qua par est pie- tate, obseruantia atque humanitate peto atque obtestor, ut ae- des Gymnasii nostri frequentare & panegyri huic, de legibus ac constitutionibus Brandenburgicis B. C. D. rite habendae, gra- tiose & perbeneuole interesse ne dedignentur. P. P. Baruthi Francorum, ipso festo, quod Iacobo Apostolo est sacrum,
A.R.G. M DCCXX.

S. D. G



ELE-

ELENCHVS LEGVM ET CONSTITVTIONVM
BRANDENBVRGICARVM,
IN HAC ORATIONE RECENSITARVM.

A.		E.	
Artickul von strittigen Ehe- sachen/	pag. 16	Ehe-Ordnung/	16
Auslösungs- Patenta/	49	F.	
Aus schreiben wegen Continuation der Buß- u. Bet- Stunden/	23. 24	Feuer-Ordnung/	45. 49. 50
		Formular oder Form des gemeinen Kirchen- Gebets/	19. 26
B.		Friedens- Gebet/	20
Becken- Ordnung/	46	Fundation und Ordnung des Illu- stris Collegii Christian-Ernestini,	30
Bettel- Ordnung/	65 seqq.	G.	
Brandenburg. Gebet- Buch/	29	Gebet für den Frieden/	20
Brandenburg. Gerichts- Ordnung/	54	Gebet wider den Türcken/	23. 24
Buß- Gebete/	23. 24. 26. 32. 33. 34	H.	
C.		Halß- Gerichts- Ordnung /	52. 53
Cammer- Tax- Ordnung/	49	Handwercks- Ordnungen /	46
Cantley- und Amts- Tax/	47	Hof- Gerichts- Ordnung/	54
Chor- Ordnung/	29	I.	
D.		Instruction vor die Beamte/	55
Danck- Feste/	27. 28	Jubel- Verordnungen/	19. 20. 37. 38
Danck- Gebete/	27. 33	K.	
Declaration wegen der Privilegien/ der neuen Stadt Christian- Er- lang/	51. 52	Kaysersl. Land- Gerichts- Ordnung/	53. 54
Declaration wegen des wöchentlichen Diehe- Marktes zu Erlang/	51	Kirchen- Agenda,	15
		Kirchen- Gebete/	19. 20. 23. 24. 32
		Kirchen- Ordnungen/	13. 14
		L.	

L.
Leges des Illustris Collegii Chri-
stian-Ernestini, 31

M.
Meßger-Ordnung/ 46
Mühl-Ordnung/ 46

N.
Neue Amts-Instruction, 55
Noth- und Buß-Gebeth/ 26

O.
Ordnung der Buß- und Bet-Stun-
den/ 24. 25

P.
Patent wegen des wöchentlichen
Viehe-Markts zu Christian-Er-
lang/ 51
Peinliche Hals-Gerichts-Ordnung/ 52. 53
Pest-Gebet/ 26
Pest-Ordnungen/ 26
Policey-Ordnung/ so viele andere
löbliche Ordnungen in sich begreif-
fet/ 39. 40.
Policey-Ordnung der Stadt Chri-
stian-Erlang/ 50. 51
Poenal-Patent wider das Diebs-
Räuberisch-Zigeuner-und Herrn-
loses-Gesind/ 68. 69

R.
Revidirte Feuer-Ordnung/ 50

T.
Tax-Ordnung/ 47. 48. 55

Far-Ordnung vor die Handwercks-
Leute/ Bothen und Ehehalten/ 56


V.
Verordnung wegen Heiligung des
Sabbaths/ 21. 23
Verordnung wider das Fluchen und
Schwören/ 23
Verordnung wider den Ehebruch
und Hurerey/ 23
Verordnung wider die Libertiner/
Enthusiasten und Pietisten/ 34. 40.
Verordnung wider das Taback-
Schmauchen in Wohnungen und
Wäldern/ 50
Verordnung wegen Aufkauff- und
Verführung des Getraids/ Viehes
und Victualien/ 45. 46. 56. 57
Verordnung wegen der Jahr-
Märkte zu Bayreuth und St.
Georgen-Stadt/ 57
Verordnung/ daß die Jahrmärkte
nicht an denen Sonn- und Feste-
Tagen sollen gehalten werden/ 58
59. 60
Verordnung wegen der Plackerey/
Raubens und Plünderens/ inson-
derheit wider die Zigeuner/ 45.
61. 40.
Verordnung wegen der Bettler/ 45.
65. 40.

W.
Warnungs-Artickel von Ehe-Stiff-
tungen und Ehe-Verlöbnußen/ 16

Z.
Zehend-Ordnung/ 60. 61

T A N T V M.






ALVENSLEBEN

Le

82







2. B. 7
ORATIO HISTORICA
DE

2

LEGIBVS AC CON-
STITVTIONIBVS BRAN-
DENBVRGICIS IISDEMQ IN SVPE-
RIORI BVRGGRAFIATV NORICO PROMVL-
GATIS ET PER TYPOS VVLGATIS

INDVLTV AVQ AVSPICIO
SERENISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI
DOMINI *Le 82*

GEORGII GVILIELMI
MARGGRAFI BRANDENBVRGICI BORVSS
MAGDEBVRG. STETINENS. POMERAN. CASSVB. VAN-
DAL. MEGAPOLIT. VT ET IN SILESIA CROSS. DVCIS BVRG-
GRAFI NORIMBERGENSIVM RELIQA
PATRIS PATRIAE OPTVMI DOMINI AC NVTRITORIS

ILLVST

TAN
CORAM

M. IC
ILLVST
AVLIC

Baruthi, PRELO IO. LOBERI, AVLAE, CANCELLARIAE ET ILLVSTRIS
COLLEGII CHRISTIAN-ERNESTINI TYPOGRAPHI.

